



17

16

15

2

39

17

1

17

1

29

2



DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA,

DE

JURE

TAXATÆ JURIS-
DICTIONIS,

Don

Würefflich formirtem Tax und Anschlag
der Jurisdiction, Hoher und Niedern
Gerichten.

QUAM

ANNUENTE DEO TER OPTIMO MAXIMO,

Ex Indultu atq; auctoritate Magnifici Jctorum Ordinis
IN ILLUSTRIS ET CELEBERRIMA HAC EBERHARDINA,

PRÆSIDE

DN. MICHAELE GRASSO, U. J. D.

Serenissimi Ducis Würtemb. Consiliar.

Pandect. Novell. & Crim. Sanction. Prof. Publ.

Ordin. famigeratissimo.

Patrono & Præceptore Suo omni honoris ac gratitudinis
cultu prosequendo,

Pro

Summis in utroque Jure honoribus

ritè ac legitimè obtinendis,

IN AULANOVA, d. Mart. MDCCXIII.

Solenni Eruditorum censura submittet,

JOH. THEODORUS SCHEFFER, Zeapolitan.

p. r. Supremi, quod hîc est, Dicasterii Württemberg. Advocatus.

TUBINGÆ LITERIS FETLIANIS.



DISETTATIO HANNOVERENSIS JURIS

JURIS

TAXATAE JURIS
DICTIONIS

de veritate formae Taxae in
der Jurisdiction, sofer und
Geldm.

ANNUENTE DEO IN OPTIMO MAXIMO
EX AUCTORITATE MAGISTRI JOHANNIS
DE MANTUA IN CENSURIS HIC FERRARDINI
PRAESIDE

ON MICHAEL GRASSO U.D.

Consiliarius
Pars des. Novell. & Caim. Sancia. Prof. Publ.

Ordin. Inaugur. Illustro.
Causae Professoris
Pro

Summis in utroque Jure honoribus

IN AULA NOVA d. MAR. MDCCLXXII
Solenni Examinis causa celebrata
ON THEODORUS SCHEFFER, SCAPOLIAN.



PROOEMIUM.

Ro conscribendâ Inaugurali Disputatione, quam Statuta Jureconsultissimæ Facultatis Juridicæ in Alma hac Eberhardinâ, exantlaris consuetis Examinibus, cuilibet Candidatorum laudabiliter injungunt, varia in mentem venerunt themata & subtilioris scientiæ venusto apparatu, & utilitatis illustrioris sæcundo nexu egregia sanè & commendatissima; Alibi tamen hac vice manum admovere præ aliis Materiæ non minùs sublimes ac eleganti, nec minùs utili, quæ agit de *Jure taxata Jurisdictionis*, idque imprimis, ne inelaborata, aut diutiùs considerata maneret hæc pars, votis hinc inde & per literas pro integranda, Inaugurali etiam istâ Tractatione, de *modo taxandi Jurisdictionem*, quæ jam ante triennium, & quod excurrit, sub eodem hoc *Excellentissimi Domini Prasidis, Patroni ac Promotoris Studiorum nostrorum ad cineres usque plurimum venerandi*, moderamine, Respondente Doctissimo Dn. Spenero, *nunc Juslitæ Consiliar. Hanoviensi meritis*, lucem vidit, expetita. Tractabimus autem hic *Jurisdictionis taxationem aut estimationem*, uti in modò laudatæ Inauguralis Di-

A

spu-

sputationis Præfatione jam tùm in antecessum intima-
tum extat, *in actu exercito*, ita, ut hoc modo *seorsim* suis
stare Thesisibus, suo Ordine suoque separatim numero, à
primo ad ultimum collocandis, propriamque tueri queat
Tractationis formam, insimul tamen & pro continua-
tione prioris valere ac inservire possit, *Effectum & Con-
traria* exhibens. Adsit & huic labori propitius DEUS
Triunus,

TRACTATIONIS

THESIS I.

Jurisdictionis taxatæ Jus, quo nomine hic nihil aliud de-
notatur, quàm facultas quædam moralis Jure alicui ex
Jurisdictionis actu factâ æstimatione ad eandem vel
retinendam & comprobendam, vel impugnandam &
corrigendam, competens, in variis negotiorum, tam *judicia-
lium* quàm *extrajudicialium* generibus se exserit effectumque suum
& in producendis *actionibus* & in fundandis *exceptionibus* aliisque
similibus juribus producit. *Extrajudicialiter* æstimatam Jurisdi-
ctionem nobis exhibent vel *ultimarum voluntatum*, vel *actuum inter
vivos* negotia. Utrobique infinitæ ferè possunt occurrere factor-
um species & tot quidem, quot dantur aliarum rerum, immobi-
lium maximè, æstimationes, ad trutinam Justitiæ expendendæ,
quas omnes & singulas hic in examen vocare, cum nimis diffusum,
quod non affectamus, foret opus, satis esse reputavimus, si ex sin-
gulis classibus quædam produceremus exemplâ, ex quibus de reli-
quis facillè ferri potest judicium, concludendo à similibus ad similia.

II.

In *Ultimis Voluntatibus* æstimatam Jurisdictionem conside-
ramus. (1.) Respectu *hereditatis testamento, eoq, ipso jure & in ef-
fectu quoq, contra remedia quæq, impugnativa valide consistente,*
delat-

delata, v. gr. Testator heredem instituit in bonis suis æstimatis, in quibus & fundus cum Jurisdictione, vel etiam Jurisdictionis Jus separatim, sive in eodem Testatoris fundo aut castro proprio in posterum exercendum, sive alieno inherens territorio comprehenditur, heredem hunc plurimis oneravit legatis, ita, ut his præstitis Falcidia præcipue, ob immodicam illam Jurisdictionis taxationem, ei non sit salva: Discutiendum hic venit, hanc jacturam an æquo animo ferre debeat gravatus, acquiescendo simpliciter in lege à Testatore Jurisdictionem ita taxando dictâ, an verò, & quomodo rei sive hic consulere possit? Rationi omninò convenientissimum censemus, non attentâ illâ æstimatione defuncti, veram, usu hic receptam, eoquè modo, quo Jurisdictionis qualitas id sibi exposcit, denudò instruendam æstimationem. Vid. Excellentiss. Dn. Præsidis, *disp. de modo tax. Jurisdic. lib. 9. seqq.* hic sectari, quo Legis Falcidiae ratio in salvo sit, heredi què imperturbata, secundum id quod regulariter Jura nostra præcipiunt, maneat: uti in ejus generis testamentaria æstimatione decidendo præit JCtus in *L. Si fundum. 31. §. 4. ff. de Leg. 1. L. 15. §. ult. ff. ad L. Falcid. pr. & §. seq. l. cod.* Secus verò in casu, ubi heres à Testatore justus est fundum cum Jurisdictione, aut Jurisdictionem seorsim sine fundo, pro certo pretio ab ipso Testatore, citra diminutionem quantitatis Falcidiae definito, alicui vendere, tum enim utut tanti non constet, necesse tamen habet tanti vendere, quanti damnatus est. *L. 49. §. ult. ff. de Leg. 1. facit. & L. 77. §. 30. ff. de Leg. 2.* Uti enim alias Testator rei suæ legem dicere potest, quam vult *l. 2. C. d. donat. qua sub mod.* ita etiam in ejus arbitrio est eam taxare & æstimare, ita, ut taxa s. æstimatio ab eo facta pro justa habeatur Joseph. Mascard. *de probat. concl. 663. n. 1. sq.* & quamvis nimis exigua illa sit, tamen ex lege, quam ipse Testator dixit, eam observare omninò convenit. Mantic. *de conject. ult. vol. 1. y. r. 8. n. 2.* In illo v. casu, ubi per ejusmodi æstimationem heredi quoad Falcidiam præjudicatur, parata ei sunt Juris remedia ad corrigendam eam æstimationem, & quidem si possidet adhuc dum rem hereditariam & à Legatariis propterea conveniretur, tutus est retentionis exceptione, cum rem retinere possit oppositâ exceptione doli generalis. *L. 15. §. 1. L. 16. ff. ad L. Falcid.* Si verò fundus talis cum Jurisdictione ita æsti-

matà ad Legatariorum aliquem quocunque modo jam pervenit, potest heres rei vindicatione cum repetere, cum dominium quarta ipso jure penes eum maneat. *L. 26. pr. ff. l. 10. in fin. C. eod.* Franzk. *Ex. 7. qu. 7.* aut si errore facti integra ista Legata solverit. *condictione indebiti* ad suam iterum pervenire. *L. 9. C. eod. l. 39. ff. de condict. indeb.* sibi que prospicere aliis adhucdum actionibus, pro quarta Falcidia integra servanda, per Jura nostra alias pro renata competentibus, de quibus vid. B. Dn. Lauterb. in *Colleg. Theor. pract. ad ff. iir. ad L. Falcid. th. 18.*

III.

Quid verò, si Testator bonis suis in genere æstimationis aliam post mortem suam de novo faciendam æstimationem expressè prohibuerit, aut clausulam deductionis Falcidiæ prohibitivam testamento suo inseruerit? In antecessum hic monendum est ejusmodi prohibitionem in effectu suo validam jure novellarum demùm, contra sancita Juris veterioris, quo Testatori integrum haud erat Falcidiæ detractioem impedire, aut saltem minuere, facultate heredi relicta hoc beneficio etiam contra Testatoris voluntatem utendi. *L. 15. §. f. L. 27. ff. ad L. Falcid. L. 11. C. eod.* admittam, aut, si prisca illa ex Legibus XII. Tabb. licentiam vel totum patrimonium legatis erogandi Testatori pro arbitrio suo relinquendis *pr. 7. de L. Falcid.* repetita jura respicimus, quasi reductam esse ab Imper. nostro Justiniano per *Nov. 1. cap. 2. §. 2. Auth. Sed cum Testator. C. ad L. Falcid.* coarctatam tamen & ita saltem ab eodem stabilitam, ut regulariter tum demùm valeat si fuerit facta expressè, non verò si tacitè, quæ verior de Jure nostro Justiniano est sententia, dicto textu disertissime per verbum illud expressim, quod *in d. §. 2.* legitur, id edocente, quod tanto strictius concludit, quia ibidem adjectum est per modum conditionis, quæ necessitatem quandam inducit & explicationem aut expeditionem per æquipollentia non admittit, insuper etiam, quia hæc Lex nova correctoria est, quæ tantò minùs à prohibitione expressa ad tacitam extendi debebat. Post plures Harpprecht *ad §. ult. 7. de leg. Falcid. n. 20.* Berlich *p. 2. d. 272. n. 6. sq.* Carpz. *p. 3. c. 1. d. 13. §. 6. Resp. 30. n. 14. sqq.* Hahn. *ad Wes. iir. ad L. Falcid. n. 8.* B. Dn. Lauterbach. *ad 7. P. VII. p. 3. i. 25. ib. 44.* quantvis contrariam sententiam per multas rationes defendit Bachov. ad

ad Treutl. 2. d. 14. th. 5. lit. B. Finckelthaus. O. 120. n. 4. seqq. B. Dn. D. Bardili in concl. theor. pract. Ex. 9. th. 24. & comm. DD. quæ, utut intentioni Imperatoris nostri non adeo conveniat, hodiernum tamen praxi recepta est, ut tutum non sit ab ea in foro recedere, Brunemann. ad Auth. Sed cum Testator. C. ad L. Falcid. quam & præjudiciis confirmat Gosw. ab Esbach. in not. ad Carpz. d. 1. Statuta locorum quoque hinc inde probant, in specie quoque Jus nostrum Württemberg. conservandis Testatorum voluntatibus, quibus & aliàs Jura nostra admodum favent. L. 1. C. de SS. Eccles. L. 5. ff. test. quemadm. ap. studiosè hac ratione invigilans, modò ex eo, quod actum est, prohibentis voluntas rectè colligi possit. p. 3. t. 25. §. Endlich & ibid. B. Dn. Lauterbach. in & in Colleg. ad tit. ad L. Falcid. th. 19. add. B. Dn. Sam. Stryk de cancell. testam. c. 22 m. 1. §. 5. seqq. & ab his alleg. Facta itaque eo, quo jurius nostris convenit, modo, tali prohibitione, quando jam queritur ea quid operetur? Ex præmissis jam facile concludendum est, quod quamvis heres ille, cui legitima debetur, saltem tum, quando illa salva non est, aut imminuta, eam æstimationem impugnare queat, de quo casu in th. seq. Extraneus tamen ei præcisè stare debeat. Nihil enim magis hominibus debetur, quam ut liber sit stylus & licitum quod iterum non redit arbitrium. d. L. 1. C. de SS. Eccles. cessante nunc, quæ olim obstabat ratione, quod nempe in testamento suo nemo præcavere aut facere possit, ne leges in testamento suo locum habeant. L. 55. de leg. 1. neve Falcidiam ex legis beneficio hæredi competentem, ei deducere fas sit, quia novella illa legislatio hoc in passu prioris legis vincula laxavit, & licentiam aliter agendi concessit, per modo tradita: modò Testator eam æstimationem fecerit rerum suarum aut patrimonii sui non ignarus. Quæ enim ex ignorantia aut errore ab eo facta est, illa obligatoria aut efficax est vel minimè. arg. L. 116. §. 2. ff. de R. 7. L. 35. ff. de A. R. D. L. 9. C. de jur. & fact. ignor. Cùm & errans potius habeatur pro contradicente. Bald. in l. Error. in fin. C. ad L. Falcid. Et potest, ubi patrimonium valde diffusum est, error facile in eo committi, Menoch. L. 6. pres. 23. n. 35. Stryk. d. l. §. 4. ubi: an scientia magis, quam ignorantia in Domino rerum suarum præsumenda sit, inquit, & arbitrio Judicis pro ratione circumstantiarum prudenter id dijudi-

6
 caturū rectiūs relinquendum esse, in dubio tamen Legatario solida legata petenti probationem scientiæ imponendam esse censet, cum in ea se fundet; unusquisque v. suæ intentionis fundamentum probare debeat. Hinc si Testator dixerit, bona mea, quæ 1000. æstimo, heredi meo relinquo, si tanti non sunt, ex hoc solo dicto ejusmodi æstimatio extrinseca non suslinebitur. Præsumitur enim iudicii errore Testatorem impeditum, non intellexisse quid scripserit, aut de facultatibus suis amplius sperasse, quam in his est, quod aded insolitum non est. §. 3. 7. quib. ex caus. manum. non lic. B. Dn. Maurit. de æstimat. th. 45. Ex quo suâ sponte fuit, si substantia bonorum saltem esset 500. & Creditoribus hereditariis summa deberetur 1000. thalerorum, hi v. ab herede totum hoc debitum, ob id, quod Testator bono sua tanti valere asseruit, exigenter, heredem, qui sub beneficio Inventarii hereditatem adiit, cum effectu conveniri non posse, nisi in 500. & verum hereditatis illius pretium, cum conventus à Creditoribus illis in 1000. tutus sit exceptione Inventarii, quæ hoc ei præstat, ut ultra veras hereditatis vires cum effectu non teneatur. L. f. §. 4. 13. & 14. C. de jur. delib.

IV.

Exempla æstimatæ Jurisdictionis occurrere possunt (2.) ratione legitima liberis v. gr. debita & duplici maxime modo. 1. quando Testator rem loco legitime relictam majoris æstimavit ac reverâ valet, 2. quando hereditatē suam aliter, ac reverâ est, æstimavit in fraudem liberorum pro minuendâ legitimâ iisdem competentis quantitate. Primo modo casus esse potest talis: instituit quis extraneum in testamento suo heredem in genere quidem in bonis suis, filio v. quem unicum habet, non, nisi fundum cum Jurisdictione majoris ita æstimatum, aut saltem majoris taxatâ Jurisdictione ei inhzrente reliquit, titulo quidem Institutionis, quo omnino opus est in legitima Liberis, ut & Parentibus relinquenda, de jure novo per textum manifestum in Nov. 115. c. 3. 4. & 5. aliter ac de jure veteri, ubi nil intererat sive titulo institutionis, sive legati, sive alio quocunque legitima relinqueretur per §. fin. 7. de inoff. test. L. 30. pr. C. eod. vid. Franzk. Ex. 6. qu. 5. Struv. in S. 7. C. Ex. 10. th. 30. & ibid. Müller. in addit. lit. D. Filius cum integram hoc modo non habeat Legitimam, quæritur quid juris? & constat fo-
lio

lio in hoc casu non esse jus querelæ inofficiosi testamentum illud impugnandi, cum hic non fuerit exheredatus, sed institutus, quo sufficit ad testamentum sustinendum, non attentò eò, quod ex lege debitam portionem integram sibi assignatam eo modo non habeat: hæctenus enim contenti fuere legislatores nostri honorabili illo institutionis, etiam in minima hereditatis portuacula factæ, titulo. Richter. in *Aurb. Novissima. C. de inoff. test. n. 78. ibid. n. 27.* Unde est, quod DD. tradunt ad conservanda ascendentium & descendentium testamenta plus valere, institutionem in uno floreno factam, quam legatum mille florenorum. *arg. Nov. 115. c. 3. & 4. Müller d. lin fin. B. Dn. Lauterb. in concl. for. Ex. 15. th. 9. Fab. in Cod. sabaud. L. 3. t. 19. d. 9. n. 3.* quod mirum videtur Paulo de Castro in *d. Aurb. n. 3. Jason. ibid. n. 15.* Sed ei competere saltem facultatem petendi supplementum ejus, quod ipsi deest ex illa Jurisdictionis, aut fundi cum ea assignati immoderatiore taxatione, salvo de cætero testamento, idque mediante conditione ex lege per *L. 35. §. 2. C. de inoff. test. Nov. 115. c. 5. in pr. junct. L. un. ff. de condit. ex. leg.* quam taxatio à Parente facta non impedit, aut excludit. Paul. de Castro in *conf. 177. n. 3. B. Dn. Mev. ad Jus Lub. p. 2. r. 1. art. 8. n. 10.* Est enim legitima naturale quoddam debitum *L. 7. ff. de bon. damn. L. 7. §. 1. in fin. ff. Si rabb. test. nulla ext. L. 36. §. 2. C. de inoff. test.* vid. Excellentis, Dn. Præs. in *post. contr. ad L. 2. Inst. part. post. thes. 8.* quod quia liberis proprio suo jure ex Legis providentia, & non ex Testatoris voluntate debetur ex hujus arbitrio nullatenus pendet. Mevius, *p. 4. d. 15. num. 4. Joh. Recc. ap. Fritsch. de legitima. var. diss. part. ult. diss. 8. c. 2. sect. 6. pag. 295.* & proinde tali taxatione gravatus filius ei stare non magis tenetur, ac alii cuilibet parentis dispositioni, per quam fraus fit legitima. *L. 8. C. de inoff. test.* quippe quæ conditionis & oneris admixtum nil patitur. *Nov. 115. c. 3. & c. 5.* ita, ut gravamen qualecunque illud sit, sive in modo, sive in quantitate, sive in loco & tempore consistat. Mangil. in *tr. de impur. qu. 9. n. 14.* adjectum, pro non adjecto habeatur. *L. 31. C. de inoff. test. post plures Gail. 2. O. 119. n. 3. Fab. in C. d. l. def. 10. n. 3. Mev. d. l. n. 3. Regn. Sixtin. vol. 2. Consil. Mærp. 9. n. 106.* ad eò, ut nec jurata Testatoris aut Parentis estimatio ad minuendam debitæ legitimæ quantitatem valeat. Paul. de Castro *d. conf. 177. n. 3.* nec obstat

obstat agnitio voluntatis paternæ, siue quâ alia testamenti capita, siue etiam quâ idem illud, quod ita relictum est, simpliciter id accipiendo, atque chirographum ob id dando, à filio simpliciter aut sine protestatione facta. *L. 35. §. 2. C. de inoff. test.* Paul. Paris. *vol. 2. cons. 47. n. 8. & vol. 3. cons. 1. n. 96.* Gail. 2. O. 120. n. 11. & 12. in quo differt conditio ad suppleendam legitimam & querela inofficiosa *L. pen. in fin. ff. de inoff. test.* Fab. *d. l. n. 1.* Gail. *d. l. n. 11.* præterquam si filius supplemento huic expressè renunciaverit, tum enim à facultate illud exigendi se ipsum exclusit, quod ipsi omnino integrum est *d. l. 35. §. 2. & ibid. Gloss. & DD. B. Dn. Lauterb. in Colleg. theor. pract. tit. de inoff. test. §. 47.* Mev. *d. dec. 15. n. 5.* qui in fin. *ibid.* hætenus hanc in rem tradita præjudicio Summi Tribunalis Wismar. confirmat. *Secundo modo,* ubi hereditas in fraudem legitimæ aliter, ac reverà valet, taxatur, dupliciter casus contingere possunt, *vel minoris* eam ita æstimando, *vel etiam majoris.* Quoad taxationem *minoris* casus concipi potest hic: Pater, heredem scribit extraneum in omnibus bonis suis, exceptâ certâ aliquâ re, aut certâ quadam portione, quam filio suo pro legitima titulo hereditatis universali assignat, aut relinquit, totam istam substantiam, in qua & jura Jurisdictionalia præcipuam quandam partem constituunt, minoris quàm par est æstimavit, & cum ex hac viliori æstimatione legitima assignata insimul in quantitatem justo minorem decreverit, & de læsione inde ei contingente filius justam conquerendi causam habeat, dubium non est, quin justa sit ejus petitio, ut ista taxatio in præjudicium legitimæ facta corrigatur, & bona paternæ de novo per Scabinos, vel alias personas juratas, officio Judicis ad id delegatas, vel consensu partium electas. Vid. *disp. de mod. tax. jur. th. 7. n. 2. & 3. pag. 17. seqq.* taxentur, & ita invento eo, quod reverà deest legitima, suppleatur. Neque enim cogendi sunt liberi, in legitima sequi judicium patris, si malint sequi judicium legis: uti eleganter ratiocinatur, Fab. in *C. l. 3. r. 19. d. 29. n. 6.* & ex eo Carpz. *p. 3. c. 12. d. 9. inf.* & sequitur Lauterb. *d. l. Brunnem. ad L. 32. C. de inoff. test.* & comm. DD. concordat & usus forensis, testibus tot præjudiciis à Carpz. *d. l. adductis,* imprimis sententiâ ea, quæ in causa Thome Denhards zu Grimma Anno 1620. pronunciata fuit, his verbis concepta: *Obwohl Euer Vatter sein Haus und Güther umb ein gewisses Geld in*
seinem

seinem Testament angefügten/ da Ihr aber dennoch an Eurer Legitima dardurch verkürzt worden wäret/ &c. So möchte Euch die väterliche Taxation zu Schaden und Nachtheil nicht gereichen/ sondern es würden derselben ungeachtet die Güther nochmahls Gerichtlichen billich taxiret. V. R. B. Nec mutat etiam si Pater expressè instituto ad eum modum filio injunxerit, ut in hac ejus taxatione acquiescat, aut expressè prohibuerit, ne id quod deest suppleatur, cum nemo in suo testamento præcipere possit, ne leges locum habeant. *L. 55. ff. de leg. 1.* Unde præcepto eo, aut prohibitione ea, non obstante, id quod legitimam portionem minus est relictum ab heredibus aliis simpliciter institutis petendi licentiam ipsæ nostræ leges liberaliter indulgent. *Nov. 115. c. 5. pr. l. 30. l. 35. §. 2. l. 36. C. de inoff. testam. Faber. d. def. 10. n. 2. post plures adducatos Mich. Grassius, de Succ. si. recept. Sent. l. 1. §. legitima. qu. 32. n. 3. ubi communem hæc esse sententiam, imò omnes ita tenere ex aliis recenset, post Fabian. de Glochis in Auth. Novissima. C. de inoff. test. n. 123. seq. Georg. de Cabelo, p. 1. dec. Regn. Lusit. 108. n. 6. Joh. Recc. ap. Fritsch. dissert. var. part. ult. disq. 8. c. 1. sect. 2. §. pen. Quod denique taxationem majoris in bonis hereditariis factam attinet, ejus exemplum unà cum decisione depromere nobis licebit ex Paulo Castrensi, in d. cons. 177. n. 3. Scilicet bona valent reverà mille, & non ultra, Testator dixit valere tria millia, & ordinat legata ascendentia ad duo millia. Certè hoc tolerari non debet, ut sit in potestate Testatoris, per suam æstimationem facere, ut heres perdat legitimam Jure Naturæ debitam, aut solvat de suo, si fecit Inventarium. Nam & Legatarii supplementum legitimæ præstare debent, cum potior sit ratio legitimæ, quàm legatorum, Curtius Jun. *Vol. 3. cons. 327. n. 14. seq. Gail. 2. O. 120. n. 15. vid. Berlich. p. 3. concl. 13. n. 10. sqq. ubi plenius de eo, quod supplementum conjunctim & à legatariis & ab heredibus pro rata peti queat, & quando.**

V.

Jus æstimatæ Jurisdictionis (3.) se exserit quoque circa Legata. Quod si enim Testator partem Territorii sui, unà cum Jurisdictione ei annexa, aut solam saltem Jurisdictionem in eandem Territorii partem Jure competentem, superadjectâ hæc clausulâ, quam 15000. fl. æstimo, alicui legaverit, cujusmodi dispositiones.

B

Juris-

Jurisdictionis naturam, prout nostra tempora habent, non respue-
re, expediti jam juris est. Miserrima enim esset Regum & Principum
aliorumve Dominorum conditio, si nec inter vivos donare, nec
de rebus suis scil. Territorialibus & Jurisdictionalibus dispone-
re possent, judicante Brunnemanno *Cons. 1. n. 17.* prout etiam
Romanis amplissima regna per testamenta obvenisse ex Brisson.
Bodin. Dauch. Vasqu. memorat B. Dn. D. Frommann. *de con-
dom. territ. c. 4. th. 17.* vid. *disq. de mod. tax. Jurisdic. th. 8.* du-
bia in hoc casu erit disquisitio, an, si Jurisdictio tanti non valeat,
legatarius ejus, quod deest pretio per Testatorem determinato,
supplementum sibi petere possit, an verò, si majori pretio digna sit,
heredi id, quod plus valet detrachere, aut sibi retinere integrum
sit? Et distinguendum hic est, æstimatio illa à Legante an *disposi-
tivè*, an saltem *enunciative* fuerit adjecta. *Ilo casu*, si minus va-
let Jurisdictio, Legatarius petere potest quod deest taxa 15000, fl.
si verò plus valet, heres id meritò sibi reposcit aut retinet. *Maurit.
de esti. nat. th. 45.* Hoc verò casu æstimatio illa nec minuit, nec
auget legatum Jurisdictionis, & legatarius eam sibi habet, quan-
tavis sit, sive minoris, s. majoris pretii, ita, ut si plus valeat, heres
illud retinere non possit, & si minoris valeat, legatarius supplemen-
tum petere nequeat, post Bartol. in *L. Sifundum 81. §. 4. ff. de leg. 1.*
& Socin. Sen. *Mantic. de conjest. ult. volunt. l. 9. t. 2. n. 25.* Mer-
ckelbach, ap. Klock. *tom. 3. cons. 104. n. 53.* Hujusmodi enim
æstimatio saltem quoad externam formam talis est, & quia non
concernit nisi qualitatem extrinsecam, ad obligationem efficax
est vel minimè & probando rem aliter se habere, ex errore facta
præsumitur, *L. 4, L. 5. C. de jur. & fact. ignor. Maurit. d. l. Mascard.
d. concl. 663. in fin.* Sed si Testator heredem jussit Legatario
prestare, aut quasi tradere Jurisdictionem in certum quendam
districtum, in certum aliquod castrum, hoc legatum verò per mo-
dum cujusdam alternativæ infruxerit, hoc modo, ut præstet *Juris-
dictionem, vel 15000. fl.* in arbitrio heredis est, sive Jurisdictionem,
sive æstimationem eam præstare velit, ita tamen, ut, si æstimationem
præstare elegerit, ad plus dandum non teneatur, quam Testator
taxaverit, nec minus etiam offerre possit, quam 15000. fl. quos ve-
lut Jurisdictioni æquipollens pretium, in casum, si Jurisdictionem
præstare heredi non placuerit, Testator definit, prout in simili
deci-

decidit J Ctus in l. 109. §. 1. ibi: *ut si fundus non praestaretur, nec pluris, nec minoris, quam 100. aestimaretur. ff. de leg. 1.* Heres enim ad alterutrum saltem, quod Testator alternativè injunxit, tenetur, cum alternativa in quolibet extremorum verificetur. B. Dn. Maurit. *de aestimat. thes. 45. in fin.* & uno ex his praestito, petitioni satisfactum dicatur *c. 70. de R. Lin 6.* & ibid. Dyn. Muxell. B. Dn D. Kurrer. *de oblig. altern. th. 46. § 99.* Alii tamen non sine ratione casum *d. l. 109. §. 1.* non de legato verè alternativo, sed de tali dispositione accipiunt, ubi fundus est in obligatione, & 100. saltem in solutione, pro qua sententia fortiter pugnant. Angel. & Bald. in *d. l.*

VI.

Quod in Legatis ita juris esse accepimus, idem & (4.) in fideicommissis usu venire dubium nullum est. *arg. §. 3. l. de legat.* Quinimo, textum *d. h. 109. §. 1. ff. de leg. 1.* rectè inspicienti protinus in oculos incurrit, illum de fideicommissis in specie esse conceptum: Unde si Testator heredis sui fidei commisit, ut alicui Jurisdictionem pari modo taxatam praestaret, vel etiam ita praestandam injunxit, ut in heredis arbitrio sit, an eandem in specie, an verò determinatam eam taxam lucro fideicommissarii cedere maluerit, non alia hinc erit heredis obligatio, non alia praestandi necessitas, ac in casu proximè precedenti ex mente J Cti Africani in *d. l.* modò definitivimus. Et si heres fundum illum cum Jurisdictione per modum fideicommissi relictum, aut etiam Jurisdictionem solam in illum fundum aut districtum competentem, eodem jure praestandam e. gr. in Titium jam alienasset & fideicommissarius ad fideicommissum suum obtinendum reali actione, in illo casu rei vindicatione, in hoc v. confessoria utili ex mente, quæ hodie pro Jurisdictione vindicanda datur. Hahn. *de jur. rev. concl. 56.* Suendendorff. *de action. sect. 2. in pr. § 99.* vel etiam actione hypothecaria, communi aliàs actione pro omni Legatorum aut iis æquiparatorum fideicommissorum genere in omnes res Testatoris tacitè pro securitate relictæ oppignoratas competentem. *l. 1. C. comm. de leg.* excepto casu rei Testatoris propriæ in specie purè legatæ, cujus dominium cum recta via & ipso jure in taliter honoratum transeat. *l. 64. ff. de furt.* cum jure hypothecæ minime est compatibile. *l. 45. ff. de R. l.* adversus Titium, tanquam singularem istius fundi aut Jurisdictionis possessorem vel quasi ageret,

azeret, & hic vindicanti 15000. fl. à Testatore determinatos offerret, inhibita erit hoc modo illa Jurisdictionis aut rei persecutio, quia eodem jure iste singularis successor quo heres, à quo causa n. habet, uti potest, ita, ut perinde ac heres. æstimationem eam nec plaris nec minoris, quàm Testatoris taxatio habet, faciendam, præstando liberetur *d. l. Si quando 109. §. 1. ff. de leg. 1. facultate aliud pro alio solvendi heredi tantum relicta in singularem possessore n. hic transeunte, quod tanquam singulariter notandum inculcat post Jacob. de Aren. & alios Bald. & Angel. in d. l. nequè verò, si fideicommissarius alienationi illi, sive in casu superadjecta taxationis hic proposito, sive in casu fundi talis, aut Jurisdictionis simpliciter, non facta à Testatore æstimatione, relicta, consensisset, propterea omni spe lucri fideicommissio ipsi aliàs obventuri se eo ipso privasse existimandum est. Hoc modo enim sibi quidem præjudicat quoad rem & Jurisdictionem ipsam, quam præcisè sibi præstandam amplius urgere non potest, non v. quoad æstimationem aut pretium, cuius petendi jus ipsi adhucdum est integrum. Nequè enim facile præsumendum est fideicommissarium eo animo alienationi consensisse, ut totum fideicommissum perderet, uti decidit Jctus in l. Si fundum 92. in pr. ff. de leg. 1. Secus ubi constat de animo fideicommissum penitus remittendi, quod etiam ex circumstantiis colligere datur, tum enim palam est & à pretio eum excludi, post Grat. vol. 1. conf. 60. n. 11. Cardin. Mantica de conject. ult. vol. 1. g. 1. g. n. 10. in quo articulo quàm variè DD. incedant contrarias opiniones conciliare intendentes. vid. Bartol. ad d. l. & Petr. Barbof. in l. Que doris 34. ff. solut. matr. n. 144. sqq. in priori tamen casu, ubi pretium exigendi jus fideicommissario adhucdum est reliquum, si quis ex heredibus rem illam sibi mercatus esset, ei liberum est, si mavult loco pretii rem ipsam restituere, quæ tum dicitur esse in solutione. Glos. & Angel. in d. l. n. 1. Mantica. d. l. ubi per tot. tit. sollicitus est in recensendis & determinandis casibus, in quibus, quando & qualiter æstimationem præstare jura nostra indulgent. Pretium v. quod in casu d. l. 92. pro fideicommissario fundo solvendum heredi incumbit, definiendum est ex quantitate reddituum comuniter exinde percipi solitorum d. l. ibi : secundum redditum ejus fundi mercatus sit, uti etiam definit Imp. in l. 16. C. de resc. vend. & Jctus in l. per.*

l. pen. pr. ff. de reb. eor. qui sub tut. quem modum taxandi aliàs etiam legitimum & ordinarium reputat. *Mev. p. 4. d. 174.* post plures *Mascard. de probat. concl. 612. &* si fructus sint incerti, tunc vel pro fructibus usuras quincunces computandas esse ex *Fabro in Cod. l. 7. r. 18. d. 20.* vel pensionem, pro qua fundus locari solitus, spectandam esse ex *Mevio p. 3. d. 373.* aut si sint incertæ æstimationis, Commissariorum arbitrio id permittendum esse, probat *Brunnem. in d. l. 92. n. 4. sqq.* addens *n. 7.* se ex actis observasse in Pomerania prædium æstimari solere ex fructibus naturalibus vel civilibus 18. annorum v. gr. ex fundo percipi possunt singulis annis 34. thaleri, ergo æstimari posse 612. thaleris. de quo plenius actum reperies in *disp. de mod. tax. Jurisd. passim. per tot. imprimis p. 38. sqq. & p. 43. sqq.*

VII.

Haecenus de Jurisdictione in *ultimis voluntatibus* taxatâ. Progredimur ad eam, quæ *per actum inter vivos* æstimationem suam accepit: Fit hoc vel in contractu aut conventionione *dominii translativa*, vel in conventionione *dominii non translativa*. Conventionum aut causarum *primi generis* aliæ sunt *onerose*, aliæ *lucrativæ*, aliæ *mixtæ* vid. §. 40. 41. & 42. *f. de R. D.* ex quibus singulis ut exempla quædam huc pertinentia, unde & ad alia inferre licet, sub incudem Justitiæ revocemus, ordinis ratio nunc postulat. Ex causis onerosis se nobis offert (1.) *Emptio Venditio*, & in hoc ipso contractu talis casus: Vendidit Comes aliquis Baroni cuidam nobile aliquod prædium, aut castrum, domui *A.* nexu feudali obnoxium *ein Ritter-Guth* / impetrato desuper Domini directi consensu in gratiam Emptoris ejusque totius familiæ pro pretio 87000. fl. inter hos convento, taxâ reddituum aut proventuum annuorum fiscalium aut laudatâ 4000. fl. quæ supputatione deinde ab Emptore & novo Domino accuratius inita, quotannis ultra 1000. fl. summam non ascendere, perlustratis penitus censuum & rationum tabulis *den Urbarien / Saalbüchern / Rechnungen und andern Literalen* / deprehendebatur: Querelâ desuper ab Emptore loco competentii motâ, designatis quoque ad calculum rectius inducendum autoritate superioris certis commissariis, sed in determinatione pretii admodum variantibus, lis prin-

cipaliter in eo verteatur, hic contractus ane nullus pronuncia-
 ri, aut ad minimum ex capite enormis læsionis rescindi jure pos-
 sit ac debeat? Consulta desuper inclęta hujus Eberhardinę Fac.
 Jur. d. 10. Jul. Anno 1700. respondit, consideratis omnibus cir-
 cumstantiis habitā quoque maximē Jurisdictionis æstimatę ra-
 tione, remedio *L. 2. C. de resc. Vend.* locum esse, uti videre est ap.
 Excellentiss. Dn. D. Harpprecht *in Resp. Tub. 71. n. 67. seqq.* Sed
 de quo infra in loco ubi de contrariis agitur pluribus. Hic v.
 nunc hac occasione dispiciemus de eo: Si castrum tale in gene-
 re, non exhibitis tabulis æstimatoriis, specificam & reditum &
 erogatorum designationem & collationem comprehendentibus,
 ohne Entwurff eines gewöhnlichen Anschlags æstimatum, simpli-
 citer venditum fuerit, an & Jurisdictio simul cum castro ven-
 dita intelligi debeat? Et expediti juris esse censemus, Jurisdic-
 tionem, si personę saltem cohæret, ad Emptorem in tali casu non
 pertinere, cum de ea nec fuerit actum, nec actum fuisse præsumi
 possit; Ossibus etenim personę dum inhæret, separatim quid om-
 ninō est à fundo, quale quid fundum non sequitur. *L. 6. ff. de
 serv. leg. L. 1. §. 16. ff. ad Sct. Trebell.* Menoch. *de præsumpt. l. 3.
 præf. 97. n. 43. seqq.* Alciat. *L. 9. conf. 33. n. 7.* Carol. Ta-
 pia *in L. fin. C. de Constit. Princ. p. 1. c. 2. n. 31.* Merckelbach. ap.
 Klock. *vol. 1. conf. 45. n. 11. Mev. p. 2. d. 314. n. 1. seqq.* Si v. Juris-
 dictio castro cohæret tum in dubio potius & eam insimul vendi-
 tam censerī & cum castro in Emptorem transire communior est
 DD. sententia. Quett. *conf. 10.* Oldrad. *conf. 121.* post Bartol. Bar-
 bat, Valasc. & alios Menoch. *d. l. n. 46.* post Castrens. Roman. Ber-
 tazoll. & alios Klock. *d. l. n. 10.* Bachov. *ad Treutl. 1. D. 3. thes. 6.
 lit. F. Mantic. de tac. & amb. conv. L. 4. t. 14. n. 8. seqq.* Bocer,
de Jurisdic. c. 8. n. 15. seqq. post alios B. Dn. Lauterbach. *in trakt.
 syn. ad rit. de A. E. V. §. 1. n. 15. & in Colleg. ibid. th. 28.* Maximē
 si castrum illud aut semper cum Jurisdictione datum. B. Dn. Mau-
 rit. *in post. Jur. Feud. contr. D. 16. th. 6.* aut saltem communiter
 cum Jurisdictione haberi & accipi solitum fuerit. Rosenthal. *de
 feud. c. 5. concl. 6. n. 1. sq. & ibid. alleg. Mev. d. D. 314. n. 3. seqq.*
 vel alias mensilla & intentio contrahentium colligi queat, sive
ex verbis, veluti si clausula: *cum pertinentiis:* adjecta apparet *L. 17.
 pr. §. 2. & 7. ff. de A. E. V. l. 242. §. f. ff. de V. S. l. 69. ff. de C. E. V.*
 Excel-

Excellentiss. Dn. D. Schweder. *de clausul. invest. feud. cum pertin.*
th. 30. Grav. in conclus. 2. concl. 62. n. 6. Herm. Vultej. *de feud. l. 1.*
c. 5. n. 7. vel addita fuerint hæc verba : *Omnia & singula vel*
nullo planè excluso, post Borell. Cavarruv. del Castillo. B. Dn. Lau-
terbach. *in Coll. d. l. th. 28.* Bachov. *d. l.* unde & apprehensa pos-
sessione castri vel fundi empti, censentur omnia apprehensa, o-
mnes pertinentiæ, quæ ad castrum vel prædium pertinent : cum
aliis ita concludente Gail. *2. O. 129. n. 7.* ubi ostendit differentiam
inter hunc casum & casum apprehensæ possessionis unius rei
hereditaria in ordine ad cæteras res ejusmodi hereditatis, quæ pro-
pterea apprehensæ non censentur, veluti apprehensa possessione
fundi intra territorium siti, extra territorium situs apprehensus
exinde non intelligitur ; sive etiam *ex aliis circumstantiis*, veluti
si quantitas pretii adeo effusa sit, ut sine æstimatione Jurisdictionis
nulla planè proportio inveniri queat inter castrum in se &
quoad proprietatem saltem fundi spectatum, & inter pretium ad-
deò largiter definitum quod ejusmodi juri, quod non tantùm ex
utilitate sua, sed & ex dignitate aut honoris apparatu majoris æ-
stimari solet, conveniens dici potest, quod in specie de Jurisdictione,
ex qua qui percipiuntur redditus tanti valere dicuntur, ut plus
æstimetur 300. ex ea percipere, quàm 800. ex aliis rebus, usu-
venire probavimus in *disp. de mod. tax. Jurisd. th. 9. imprimis*
pag. 33. Quando v. quantitas pretii convenit rei, quæ ex capite
cohesionis aut connexitatis cum re vendita insimul prætendi-
tur sub ea venditione comprehensa ; tum & ea vendita esse me-
rito præsumitur, & emptoris actione empti adversus vendito-
rem ad eam insimul tradendam vel quasi agentis jussa crit pe-
titiõ : post plurimos Menoch. *de præsumpt. l. 3. præf. 73. n. 1. segg.* quod
& in specie de Jurisdictione castro vendito cohærente & ad
emptorem propterea etiam jure pertinente ex Barbat. statu-
minat. *id. d. l. in fin.* & in casu supra proposito & ab Amplif. Fac.
deciso ex sola ratione t. m. magnæ pretii quantitatis, etiam
sine ulla designatione. **Wann auch kein Anschlag übergeben wer-**
den wäre / nota quanto idem meruisset judicium, si inde so-
luminodo repetenda fuisset decisio. Uti è contrario ex pretii
exigua quantitate facilè dijudicari daretur emptori castri jus
non esse ad petendam sibi Jurisdictionem, si de ea insimul ven-
den-

denda actum esse non appareret, uti iterum recte adnotat Oldrad.
d. Conf. 121. in fin. Barbat. in c. Rudolphus X. de rescript. n. 83.
 Menoch. *de pras. l. 3. pras. 97. n. 47.* Rosenthal. *de feud. d. 5. 5.*
concl. 6. n. 2 ubi, quod ante proposita omnia hac moderatione acci-
 pi debeant, nisi alix circumstantix rei, personæ, pretii exi-
 guitatis strictam interpretationem omninò suaderent. Ex quo
 vilioris pretii capite iustitiam causæ suæ, præter alias maximi mo-
 menti rationes, etiam defendi, si opus esset, posse censet Author
 Deductionis Lindaviensis *pag. 349. ibi: anjeho geschwiegen / das*
der proportionirung des Pfandts Schillings und der Pfandts
schaftt Gefäll in fixo nicht importiren oder zugeben das eine Ter-
ritorial-Obrigkeit mit anhangenden regalibus, welche man hoch
genug zu æstimiren pflegt / in Anschlag kommen oder unter dem
wort Vogthey verstanden worden sey. Quod etiam probant Dnn.
 Antecessores Facult. Jur. in hac Univ. in Consilio suo in ea causa
 impertito & ibid. allegato. *pag. 765. in fin.* Minus adhuc dubii habet,
 si in ipsa venditione, partes expressè hanc clausulam super ad-
 jecerint, mit Zwang / Bann und Gebieth / quæ, quia tantum non
 expressè ipsam jurisdictionis concessionem importare videtur,
 hoc magis in hunc effectum operabitur B. Dn. Lauterbach. *in*
Colleg. ff. ad tit. de A. E. V. th. 28. vel etiam talem: mit allen
 Rechten und Gerechtigkeiten / Ehren und Würden nam & tunc
 vendita in simul jurisdictione, quæ castro hæctenus adhæsit, facillè
 præsumitur, post alios Exc. Dn. D. Schvveder. *de Jurisd. per*
invest. feud. conc. th. 11. pag. 23. Securissimè omnium v. agi-
 tur, si partes hoc expresserint, castrum venditum esse debere
 unà cum in hærente jurisdictione, cum jurisdictione omnimoda,
 plenissima, & quæ sunt id generis alix formulæ, tunc enim du-
 bium nullum est, quin & jurisdictionem eam, tanquam simul ven-
 ditam, Venditor Emptori præstare teneatur jure venditi; Quo-
 quid enim Venditor rei venditæ accessurum dixit, ad id dandum
 & præstandum omninò tenetur *l. 6. §. 6. l. 11. §. 17. l. 26. l. 27. ff.*
de A. E. V. cum contractus ex conventionem legem accipiant
l. 23. ff. de R. I. laud. Dn. D. Schvveder. de claus. invest. d. th. 30.
in fin. ubi cum Bejer. ad Schnobel. *diff. feud. 4. th. 10.* suadet Vas-
 sallo (idem juris est & in aliis castrum tale quocunq; modo sibi
 acquirere intendentibus) ut expressionem ejus in literis investi-
 tura

turæ (aut in instrumento contractûs) urgeat. vid. pluribus Covarruv. *pract. quæst. c. 1. n. 10.* Mantica *de tac. & amb. conv. l. 4. r. 14. n. 28. seqq.* Bocer. *de jurisdict. c. 8. n. 7. seqq.* ubi latè disputant de eo, an concessa Jurisdictione simpliciter & merum & mixtum imperium etiam concessum intelligi debeat. Add. laud. Auth. *deduct. Lindav. pag. 847. & ibid. copiosè cit. Dd.* Hoc modo verò si castrum cum Jurisdictione pro convento certo pretio venditum fuerit, deprehenditur tamen deinde venditori non competiisse in castrum illud Jurisdictionem, ut propterea venditor in præstanda ea legem contractûs observare haud possit, emptori hac in parte ita consultitur, ut, si pretium nondum solverit, se tueri queat adversus actionem venditi à venditore ad id consequendum contra se intentatam exceptione non secuti implementi. *l. 2. §. 1. l. 25. l. 50. ff. de A. E. V. l. 5. §. 4. ff. de dol. mal. exc. l. 5. C. de Evict.* vid. Franzk. *ad tit. de A. E. V. n. 12. seqq.* B. Dn. Mev. *conf. 32. n. 66.* adeò, ut si Venditor castrum etiam cum Jurisdictionis promissæ maximâ parte tradiderit, minimâ Jurisdictionis parte, quam præstare non potest, deficiente, emptor etiam ob hunc defectum minimæ partis exceptionem hanc justè opponere valeat. Oportet enim agentem, veluti in hoc casu venditorem, ex sui parte contractum totaliter adimplevisse, si efficaciter adversus alium, veluti hic emptorem, agere velit, quippe cui hæc exceptio proficit usquè dum alter ille ex assè conventa & promissâ impleverit: quod tanquam æterna memoria dignum ex Tiraquell. Cravett. Menoch. Carolo de Grassis & Mevio adnotat Excell. Dn. D. Schvveder. *in disp. de except. non impl. contr. th. 11.* Si verò Emptor pretium jam prænumeraverit & venditor moram admittit in Jurisdictione simul venditâ præstandâ aut quasi tradendâ, illi tum actio ex empto competit ad id, ut hic & eandem quasi tradat, & quia hæc est obligatio landi, præcisè quidem, si Emptor hoc urgeat & velit. *§. 1. l. de E. V. §. 2. l. de donat. l. 6. C. de R. V. l. 11. §. 2. l. 46. ff. de A. E. V.* Franzk. *d. l. n. 12.* aliàs v. utiquè si dolus Vendoris subsit, & ad interesse agendi copia est. *l. 68. §. f. ff. de C. E. V. l. 4. l. 10. C. de A. E. V.* vid. Franzk. *d. loc. num. 40. seqq.* quod & jurejurando in litem affectionis hic æstimari posse, contra Franzk. *d. n. 40. & ad tit. de in lit. jur. n. 14.* Scitler. *de juram. l. 5. c. 5. n. 41. seqq.* Bachov. *ad Trempl. v. d. 21. th. 12. lit. A.* aliosquè verius censemus. *arg. l. 8. ff. de in lit. jur. l. 12. C. de A. E. l. 13. §. 18. ff. eod. quæ &*

communior est sententia, per ea quæ docet B. Dn. Lauterb. in tract. syn. ad tit. de in lit. jur. §. 11. Traditâ v. & deinde ab alio evictâ ex empto actio itidem parata est. l. 56. pr. l. 60. l. 70. ff. de evict. quæ & adversus ipsum Dominum, de Jurisdictione Vasallum ex causa empti qui investivit, eâ evictâ competit, prout si alius intervenit contractus ex hoc quæ provenit actio datur vel etiam conditio ex lege seu potius consuetudine feudali, ad id, ut Dominus vel aliam talem rem feudalem ejusdem bonitatis restituat, vel æstimationem præstet, 2. F. s. pr. 2. F. 25. Wilhelm. Ludvvell, in syn. jur. feud. c. ult. pag. 415. B. Dn. Stryk. in E. I. F. c. 24. qu. 23. laud. Dn. Schwedder. in disp. de jurisd. per invest. feud. conc. 18. pag. 39. Et uti hoc ita juris est in casu castri cum Jurisdictione venditi, ita & non aliter res se habet in casu Jurisdictionis separatim à castro, quod venditor sibi retinuit, emptori vendita, ita, ut emptor eandem tantquam in fundo alieno exercendi jus habere debeat, Nam & tunc idem & excipiendi & agendi jus, pro existentia illorum cessum, in promptu erit, disparitatis ratione hinc non apparente. Covarruv. pract. quest. c. 1. in fin. Gutierrez. pract. quest. L. 5. qu. 70. n. 34. Et castro illo, in quo ea Jurisdictio constituta & concessa est, postea novis incolis aucto, novisque ab his exstructis ædificiis amplificato, emptor ex radice primi contractus etiam in extensione ea sive in augmento illo Jus fundatum habet, eandem ibidem Jurisdictionem exercendi, modò eam non acceperit ab initio certis definitam limitibus, quos egredi tunc non datur, sed sub Universalitatis nomine simpliciter sibi venditam. Ad quem modum in simili pronunciat Jctus in L. Cum fundus, 10. ff. de Leg. 2. Covarruv. d. l. c. 2. n. 1. seqq. junct. n. fin. De cætero verò id inficiari non debet, quando adversus tertium, imò etiam adversus ipsum Dominum, ipsum Jurisdictionis Jus actu nobis semel jam constitutum aut acquisitum sibi vindicantes, detinentes, aut in eo nos turbantes asserendum venit, diversa tunc suppetere juris remedia pro diversitate casuum hactenus propositorum: In illo siquidem casu, ubi Jurisdictio adseritur cum castro simul quaesita & connexa, rei vindicatio sufficit, ut cum principali Jurisdictio, tanquam accessoria, simul vindicanti retrocedat. arg. L. 13. §. 31. ff. de A. E. V. In hoc verò ubi Jurisdictio per se stat, separatim quaesita, & in alieno exercenda, opus erit pro eâ adserendâ actione utili confessoria. arg. L. 9. §. 2. ff. de damn. infect. Paurmeister. de jurisd. l. 1. c. 29. v. 9.

Hahn.

Hahn. ad Wef. tit. de jurisd. n. 13. Matth. Stephani. de jurisd. l. 1. c. 40. n. 10. Ludv. vell. S. I. F. c. ult. pag. 413. Dn. D. Schwveder. d. l. p. 39. B. Dn. Lauterb. in Colleg. ad tit. de jurisd. th. 49. qui & alia remedia possessoria maximè, quibus Jurisdictio, ejusquè quasi possessio hodie defenditur, suppeditant; addat. Jobin. de turb. jurisd. c. ult.

VIII.

Frequens non minùs & in hac materia est (2.) *Permutatio*, emptioni venditioni proximè accedens. l. 1. ff. de C. E. V. quàmvis forma sua & præstationibus multùm ab ea differat. l. 1. ff. de rer. perm. l. 1. C. cod. Mev. p. 3. d. 25. n. 1. Excell. Dn. Præf. in Collar. art. do ut des & empt. vend. th. 5. Novum enim non est, quod & prædia, castra, certiquè terrarum districtus cum juribus suis in commutationem veniant ubi & præprimis quæ iis coherent jurisdictionum jura in taxationem & compensationem quandam adducuntur pro justiori harum rerum inter se adæquatione & retributione: Cujus exemplum illustre legere licet in dissert. de mod. tax. jurisd. p. 23. & 27. add. Card. Mantie. de tac. & ambig. conv. l. 4. t. 19. n. 4. seqq. ubi in genere de eo, an & quomodo res aliqua taxata objectum permutationis constituere possit. Hoc in casu si suum castrum. cum alterius castro permutaturus laudaverit illud ex pretio ei inhaerentis jurisdictionis, & hanc quoquè in taxationum indicem, in den Gütther Anschlag, retulerit & castro deinde ex sua parte tradito, sed à laudatà illà jurisdictione vacuo, ex altera parte implere recusantem pro adimplendo contractu convenit actione præscriptis verbis, quæ est contractui innominato propria, non competens tamen nisi illi, qui ex sua parte implevit, non tantùm de Jure Civili l. 7. §. 2. & 4. ff. de pact. l. 1. §. 2. ff. de rer. perm. l. 3. C. cod. sed & Jure Canon. arg. c. 1. 7. de nov. op. nunc. ut & Moderno. Sichard. ad rubr. C. de perm. n. 5. Mev. p. 3. d. 27. n. 1. B. Dn. Lauterb. in Colleg. ff. ad tit. de rer. perm. th. 3. §. 99. B. Dn. D. Frommann. de diff. contr. nom. & innom. th. 7. §. 99. th. 10. §. 99. Excell. Dn. D. Schwveder. de exc. non impl. contr. th. 7. & plenissimè Excell. Dn. Præf. disp. de pact. fut. contr. prop. th. 27. 30. seqq. & in disp. de Collar. art. do ut des & empt. vend. th. 6. §. 99. ubi argumentis dissentientium, add. & novissimè B. Dn. Stryk. in Us. ff. Mod. ad tit. de pact. th. 4. §. 99. abundè satisfactum: Concordant ferè per omnia cum his hæctenus à nobis traditis, quæ pro more suo eruditè tra-

dit Dn. Henr. Coccej. in *diff. de Usu & differ. moderna pact. & stip. sect. 1. per tot.* Vener. Sen. Dn. D. Mascov. in *disp. de permut. th. 10.* hanc ita agentis intentionem ille, qui ab eo ex lege permutationis castrum quidem, sed nudum à promissa illa, & in certam taxationem deducta Jurisdictione, accepit, enervare potest opposita illà exceptione: *Impleas & tu prius ex tua parte*, per *l. 1. C. de rer. perm.* Sichard. *ibid.* quo nondum factio, cogi non potest ad tradendum suum quod cum alio commutandum erat castrum: nequè enim saltem tum competit, ubi Actor nil fecit, sed & si aliquid tantum adhuc implendum super est, cum factum non intelligatur, ubi aliquid faciendum restat. *Mev. d. D. 27, n. 6. & p. 8. D. 316. n. 5.* add. *B. Dn. D. Bardili, in concl. for. Ex. 28. ad lib. ff. 19. th. 10. vid. th. præc.* Jurisdictione verò insimul quasi tradita, sed ab alio iterum evicta, perinde habetur ac si non esset tradita. Paria enim sunt non tradi, & non durare traditum, sed revocari. *arg. l. 1. C. de rer. perm. laud. Dn. D. Mascov. in disp. de rer. perm. th. 13.* & est tratitii juris, ei cui Jurisdictio ex contractu illo debita est evicta, competere adversus alterum illum, qui suum non, aut non plenè præstitit, actionem ex contractu ex hujus datione jam perfecto oriundam de evictione, *l. 1. C. de rer. perm. l. 29. C. de evict.* aut si ab eo petitur, quòd ipse invicem promissit, exceptio iterum proficit. Cui enim de evictione competit actio, ei multò magis datur contra agentem exceptio, *l. 1. l. 3. ff. de except. rei vend. & trad.* & quem de evictione tenet actio, ei multò magis obstat exceptio, *l. 17. ff. de evict.* uti rectissime ita decidit & in summo Tribunali Wismariensi ita judicatum esse refert, *Mev. p. 3. D. 28.* quinimò ipsi liberum est, si vult, conditione ob causam datorum ex quasi contractu prognata, id, quod interim ex sua parte dedit, repetere, & ita à contractu per pœnitentiam resilire, *l. 1. §. 3. & §. 4. ff. de rer. perm. l. 1. in fin. l. 4. l. 5. l. 7. C. eod. Rath. de contrab. empr. vend. aph. 40. lit. a. b. & c. Mev. d. l. n. 5. & p. 8. D. 316. n. 6. & 8.* post alios *B. Dn. Lauterbach. in Colleg. Theor. pract. ad h. t. th. 25. & passim. ibid. B. Dn. D. Frommann. de diff. contr. nom. & in nom. th. 30. sqq. Dn. D. Mascov. d. l. th. 17.*

IX.

In classe causarum Lucrativarum merè talium se nobis offert. (3.) *Donatio*, inter vivos scilicet, ea quæ *simplex & absoluta* dicitur.

tur. Hic ipsa si alicui vel contigit, vel debetur Jurisdicção, quod fieri potest, vel quando castrum illi una cum Jurisdicçãoe donatum est, vid. Menoch. *de presump.* l. 3. t. 97. n. 1. § 99. Card. Mant. *de tac. & ambig. conv.* l. 13. t. 24. vel quando Jurisdicção in se spectata, sine prædio, cui inhaeret, illi donata est, quod variis modis fieri potest, & quando quis vel in suo territorio alteri jus tale hac ex causa constituit, reservato sibi territorii dominio, vel Jurisdicçãoem, quam sibi acquisitam habet in terrij territorio, alteri ex mera liberalitate cedit, vel eam, quæ ipsi in donatarij territorio jure hæctenus competiit, huic donato dat, ut nunc quasi consolidatam cum castro aut territorio suo pleniori jure sibi habeat, quarum Jurisdicçãoem per se subsistentium & in conventionem separatim sine fundo deductarum varii generis exempla repetere licet ex traditis ap. Menoch. *d. l. n. 40.* Matth. Steph. *de Jurisd.* l. 1. c. 38. n. 15. & in *diff. de mod. tax. Jurisd.* th. 8. p. 29. & *ibid. alleg.* pro ut etiam præscriptione acquiri tali modo possunt, per ea quæ leguntur ap. Matth. Steph. *d. l. n. 33. § 99.* & plenius ap. B. Dn. Stryk. *de Jurisd. circumsept.* c. 2. n. 20. & *plur. § 99.* & *ibid. alleg.* Videtur quidem taxationis jus hic nullum exerere posse effectum, cum Jurisdicção, ex hoc titulo quæ debetur, prætendi aut peti nequeat aliter ac in se reperitur, qualis qualis est, quantivis etiam pretii, exigui valde, an majoris, aut maximi, paratâ ad id vel actione ex stipulatu, si mediante stipulatione, vel conditione ex lege, si pacto fuerit promissa, l. 35. §. ult. *C. de donat.* mediante quâ donator compellitur præstare aut quasi tradere Jurisdicçãoem promissam, præcisè quidem, ita ut interesse præstando se ab obligatione sua liberare regulariter nequeat, arg. §. 2. *I. de donat. d. l. 35. §. ult. C. cod.* nec, si ab alio evincitur, actio de evicçãoe adversus donatorem locum inveniat, l. 18. §. ult. ff. *de donat.* cum æquum haud sit, ut liberalitatis suæ pœnam quandam patiat, l. 62. ff. *de Edil. Ed. l. 50. ff. de re jud.* neque v. credendum est aliud ipsum donare voluisse, quam saltem id jus, quod reverâ habuit, Müller. in addit. *ad Struv.* S. I. C. *Ex. 40. th. 12. lit. D.* nec potest dici in damno esse donatarius quando rem retinere non potest, quam non nisi ex causa merè lucrativa accepit vel prætendit, Gomez. *var. res. l. 2. c. 2. n. 35.* idquæ indistinctè, sive donatio talis initium suum habuit à traditione, rem rectâ viâ dando, sive à promissione, per viam conven-

tionis se obstringendo, per text. satis clarum in *l. 18. §. ult. ff. de don.* ubi generaliter & indistinctè actionem de eviçtione adversus donatorem competere negatur, excepto casu, si sciens talem rem donavit, tum enim actionem de dolo in promptu esse Jctus rectè decidit & in *d. l. 62. ff. de Ad. Ed.* ubi ratio, quæ redditur ad excludendum Edilitium edictum actionemquè sive reddhibitoriam sive quanti minoris, generalis omninò est, & ad excludendam eviçtionis præstationem hoc potentiùs operatur, quia & ad interesse hæc actio se extendere potest. *l. 60. l. 70. ff. de eviçt. l. 15. ff. rem rat. hab.* Franck. in *Comment. ad tit. de eviçt. n. 422. §99.* Trentacingvar. *ref. l. 3. de donat. ref. 2. n. 1.* Bachov. ad *Trent. l. 2. d. 2. th. 5. lit. D.* B. Dn. Lauterb. ad *tit. de eviçt. th. 15.* B. Dn. D. Bardili, in *concl. for. part. ff. prior. Ex. 44. th. 20.* Secus ac statuunt Gomez. *var. ref. d. l. 2. c. 2. n. 35.* Richter. *p. 1. d. 23. n. 3.* Carpzov. *p. 2. c. 34. d. 23.* quam sententiam communem dicit B. Dn. Stryk. *de cautel. contr. sect. 3. c. 9. §. 6.* & in *not. ad Schuz. tit. de eviçt. ad verb. cautum sit,* quorum rationes tamen tanti non sunt, ut à veriori & æquiori ca. sententia nos dimovere valeant, add. B. Dn. Brunnem. ad *l. 2. C. de eviçt.* ubi litem componere tentat, hæc adhibita distinctione, an quis in genere rem promiserit, an in specie hanc rem, ut illo casu donans rem alienam teneatur de eviçtione, non hoc, quæ distinctio quidem quamvis præsentii casui, ubi Jurisdicçtio in certo castro vel aliàs in individuo suo certa donata dicitur, non satis feliciter applicetur, in genere tamen Juri nostro non est disconveniens. *arg. l. 58. ff. de eviçt. l. 45. §. 2. ff. de leg. 1. l. 29. §. 3. ff. de leg. 3. junct. l. 46. ff. de leg. 1. l. 27. ff. de solut.* & ratio differentia in eo consistit, quod genus promissum in abstracto consistat, de se non qualificatum, & promittens eo ipso ad speciem prælitam non magis voluntatem suam determinavit, quam ad aliam quandam speciem sub genere suo contentam, quæ sine periculo eviçtionis præstari poterat; species verò promissa per se jam sit qualificata, quæ in obligationem individualiter deducta præstanda est talis, qualis est. Vid. Excell. Dn. Præf. in *disp. de oblig. gener. th. 33.* Quibus utut ita comparatis, non tamen propterea statuendum est Jus æstimatæ Jurisdicçtionis in materia donationis cessare, cum & adhucdum variis modis usus ejus se exserere possit, & tam in eadem illa eviçtionis materia ad quam quidem donator regulariter non tenetur, si verò

evi-

evictionem rei donatò promissæ in se receperit, tum utique eandem præstandi necessitas ei incumbit. *l. 2. C. de Evict.* & ad rem facilius expediendam proficit tum non minimum Jurisdictionem ita donatam fuisse æstimatam, quia si ea deinde evicta fuit promissor amplius, quàm ad æstimationem ante jam definitam, conveniri nequit, contractus enim ex conventionem legem accipiunt. *l. 23. ff. de R. Jur. Franzk. in Comment. ad tit. de Evict. n. 857. sqq. plur.* nisi dolosè egerit & sciens prudens Jurisdictionem alienam donaverit animo & intentione nocendi donatario, tum enim ex natura actionis de dolo & ad interesse conveniri potest. *l. 18. §. f. ff. de donat. l. 18. §. 1. & §. 4. ff. de dol. mal. Franzk. d. l. n. 889.* ubi omnium optimè. Ad æstimationem verò eam obtinendam suppetit actio ex stipulatu, si stipulatione fuerit promissa. *l. 2. C. de Evict.* aut si nudo pacto conventa, actio ex moribus huic fini inserviet Brunnem. *ad d. l. 2. B. Stryk. de cautel. contr. d. l. B. Dn. Lauterb. in Colleg. ad tit. de evict. th. 15.* quam etiam alibi, veluti si quis alternativè alteri donatò promiserit Jurisdictionem vel fundum aliquem alium vel æstimationem, e. gr. 15000. fl. & donator Jurisdictionem eam præstare vel non potuerit, vel noluerit, tum enim conventus ad donatum illud obtinendum vel actione ex stipulatu, vel conditione ex lege per *d. l. 35. §. 5. C. de donat.* liberatur alterutrum, v. c. æstimationem eam 15000. fl. præstando, cum ei tanquam debitori regulariter electio competat. *l. 34. §. 6. ff. de C. E. V. l. 34. §. 6. ff. de jur. jur. l. 10. §. fin. ff. de jur. dot. c. 70. de R. I. in 6.* vel si donatario electio concessa, quod & inde colligunt, si verba executiva in ejus, tanquam Creditoris personam directa sunt, ipse pro lubitu dictas actiones in æstimationem eam, relicta ipsa Jurisdictione, aut fundo in conventionem deducto, intendere potest. *arg. l. 93. ff. de V. O. & ibid. DD. vid. plurib. B. Dn. D. Kurrer. de oblig. altern. th. 24. sqq.* imò & in articulo faciendæ insinuationis in donatione excessiva, qualis est & hæc, tanquam quæ solidorum 500. summam longè excedit, regulariter necessaria. *§. 2. l. de donat.* effectum suum vel maximè ostendit. Etenim ex adjecta illa æstimatione statim in oculos incurrit, quod & in quantum talis donatio excessiva sit & proinde sine insinuatione consistere nequeat, quippe, quæ non tantum in rebus mobilibus, sed & in immobilibus, & quæ immobilibus accensentur & æqui parantur, quando valor earundem definitam

tam

tam istam summam exsuperat, de Jure nostro Civili omnino requiritur. l. 25. l. 34. pr. & §. ult. l. pen. §. ult. C. de donat. Carpz. p. 2. c. 12. d. 16. Plebst. ad 7. P. VV. p. 2. t. 18. n. 195. lit. b. & c. quamvis Jure Statuario hinc inde donatio rerum immobilium sine ullo respectu certæ quantitatis aut æstimationis actis publicis insinuando sit, quod in hoc Ducatu expressè cautum est. J. P. W. p. 2. t. 18. §. Wann aber die Gaben. Plebst. d. l. lit. a. B. Dn. Lauterb. *ibid.* th. 28. n. 2. & in Foro Saxonico non minus juris esse notat Carpzov. p. 2. c. 12. d. 19. n. 2. ubi quod rerum immobilium donatio cujuscunque etiam valoris sive magni, sive parvi illa sint sine insinuatione non valeat. Quod si verò Princeps ipse Jurisdictionem alicui donatò concederet, insinuatione non erit opus. l. 31. pr. in fin. C. de donat. l. 19. in fin. C. de SS. Eccles. Rationes præcipuas illius Juris congestas videre licet apud Joh. Harpprecht. ad §. 2. l. de donat. n. 142. seq. Manz. in Comm. *ib.* n. 46. Bach. ad Tr. Vol. 2. d. 19. sb. 6. lit. D. Idem obtinet in casu inverso, si privatus Principi talem donationem fecisset, quippe quæ itidem insinuatione non indiget, ex diserta sanctione Imperatoris nostri Justiniani, prius illud modò adductum jus ad hunc quoque casum producentis in Nov. 52. c. 2. & inde desumpta Auth. Item & à privatis. C. de donat. Matth. Steph. ad d. Nov. 52. n. 3. ubi ex Rittershusio scribit, usum hujus talis donationis esse rarissimum, cum vix se aliquis tam magnificum reddere valeat, ut Imperatori præsertim donare præsumat, crebrius v. esse, ut Princeps donet privatis, Richter. ad d. Auth. n. 31. sqq. Eâdemque prærogativâ hodiernum etiam gaudere Duces, Principes aliosque Imperii nostri Status, non est quod dubitemus, quia & Ipsi Regalia, Jurisdictionem territorialem, aut Superioritatis jura in territoriis suis habent, Richter. d. l. n. 38. sqq. Schrader de feud. p. 10. sect. 1. n. 37. B. Dn. Lauterb. in Colleg. ff. de donat. th. 16. quam sententiam quoque, tanquam communio-rem, verio-rem, ut & æquio-rem, quam dicit Schrader ad l. 34. C. de donat. n. 18. sq. secuta est hucusque Alma hujus Eberhardinæ inclyta Fac. Jurid. uti videre est ap. Excellentiss. Dn. D. Harpprecht *cons.* l. n. 240. & novius adhuc ex Fac. responso ante aliquot annos d. 9 Dec. 1709. ad requisitionem L. Baronis de Fr. in casu donationis dimidiæ partis bonorum à femina Nobili aut Illustri immediata, uti ex circumstantiis judicabatur, factæ, quæ per subsequenterem heredis institutionem tacitè retractata, sed frustratè, ex
judi-

judicio Facultatis, conatu prætendebatur, dato elucet. De cætero v. Jurisdictionis patrimonialis non immediatos tantum, & jure superioritatis territorialis gaudentes, sed & alios privatos Landfaffios & mediatos capaces esse exempla hinc inde loquuntur, quam in rem præ aliis vid. Dn. Joh. Wilhelm. Diethmar. in disp. Anno 1710. Jena habita, de Domin. Jurisdic. mediator. Von der Gerichts-Herrschafft. §. 1. & seqq. per tot. quibus à Principe, aut a quibus Principi quoque quæ fortè facta est donatio Jurisdictionis etiam sine institutione subsistit vel saltem ex respectu Principis s. Donatoris. s. Donatarii, per modo tradita.

X.

Ordo nunc nos deducit ad causam Domini translativam mixtam, lucrativam partim, partim & onerosam, qualis est (4.) *Dotis promissio*. Ex multis rerum exemplis, quæ hic in scenam produci possunt, etiam illustriora & talia quidem, ubi integræ Ditiones & Dynastia, cum omnimoda & omnigena Jurisdictione dotis titulo ad Maritum pervenerunt, cujusmodi etiam contigit Serenissima Württembergica Domui ratione Comitatus Montibelgardensis, quem Comitissa Henrietta, Henrici Comitum Mumpelgardensis filia, Comiti tum temporis Württembergensi, Eberhardo ejus nominis V. Eberhardi mitis filio, in dotem cum omnibus juribus & pertinentiis circa finem anni 1397, attulit. Mart. Cras. in *Annal. Suev.* p. 3. l. 6. c. 11. pag. 344. Imhoff. in *notit. Proc. Imp. R. G. l. 4. c. 6. n. 5.* nunc talem adsumere placet casum: Uxor Marito in dotem dedit castrum cum Jurisdictione, sed æstimatum in tota sua plenitudine, comprehenso simul ipso inhabitantis illius Jurisdictionis pretio, pro 50000. flor. res devenit ad statum soluti sine culpa Uxoris matrimonii, Uxor reperit dotem illatam & desiderat præcisè castri in dotem dari restitutionem, quaeritur an iusta sit hæc ejus petitio? & uti in casu castri in dotem dati in æstimato res foret expedita, cum mulieri directa rei vindicatio advefus maritum vel ejus heredes prædium illud dotale adhucdum possidentes competat, dominio ad eandem statim ab ipso dissoluti matrimonii momento ipso jure jam reverso. l. 30. C. de jur. dot. Excellentiss. Dn. Præf. in *diff. de red. dom. leg. 1. th. 27.* quam actionem

nem etiam intentare valet, in casu castrî à Marito jam alienati ad-
 versus quem in què possessorem, d. l. 30. quàmvis si ipsum Mari-
 tum potius, tanquàm fictum possessorem conveniri velit, etiam
 rei vindicatio utilis, præter actionem ex stipulatu. ei competeret
 ad id, ut si rem non redimat atquè restituat, in litem adversus eum
 jurari possit, cum dolo desisse possidere videatur. l. un. §. 7. C. de R.
 U. A. l. 16. §. 3. ff. de pignor. l. 68. ff. de R. V. B. Dn. Lauterb.
 diss. de fund. dot. th. 41. ita in casu tali, ubi castrum cum Jurisdi-
 ctione æstimatò in dotem datum, eò respiciendum est, an æstima-
 tio facta fuerit *taxationis* an verò *venditionis* gratiâ. Si enim
 castrum *taxationis* gratiâ saltem æstimatum fuerit, quod fieri
 dicitur, quando valor rei eo saltem sine adjicitur, ut constet, quan-
 ti ea res sit, ac postea appareat, si res fortè deterior fiat, aut pereat,
 quid, quantumve ejus nomine præstari debeat, & factum esse inde
 colligitur, si hoc actum est, ut recipiens eandem rem, sol: tò eò ne-
 gatiò restituat, sed eodem pretio quo accepit. l. 69. §. 7. ff. de jur.
 dot. l. 21. C. eod. quia tum reverâ dotale est, nullo alio quàm dotis
 titulo & revocabiliter saltem acquisitum. d. d. il. §. l. 50. ff. sol. matr.
 non aliud hîc obtinet, quàm quod in casu priori castrî in æstimatò
 dati. d. l. 30. C. de jur. dot. B. Dn. Maurit. de æstim. th. 22. junct. th. 27.
 sqq. B. Dn. Lauterb. d. diss. de fund. dot. th. 25. Sin verò *venditi-
 nis* gratiâ æstimatum, quod fieri dicitur, quando certum rei pretium
 cum in finem determinatur, ut recipiens eò pretiò rem sibi habeat
 emptam & jure quidem Dominii irrevocabilis. Maurit. d. l.
 th. 23. sq. nec *Mulier* agere potest ad castrî illius restitutionem, sed
 contenta esse debet æstimatione illâ ipsi præstitâ, quia tum non
 ipsum castrum cum Jurisdictione, sed æstimatio illa dotalis saltem
 est, cum castrum hoc modo non habeat sibi acquisitum ex causa
 dotis, sed potius ex causa empti, & quidem irrevocabiliter, ut pro-
 pterea solutò matrimoniò non castrum, sed pretium restituere tene-
 neatur. l. un. §. 9. C. de R. V. A. l. 5. l. 10. C. de jur. dot. l. 10. §. 4.
 l. 16. ff. eod. nec *Maritus*, etsi velit, castrum illud cum connexa illa
 Jurisdictione restituere potest, sed præcisè pretium præstare tene-
 tur. Franzk. in tr. de laudem. c. 22. num. 16. sq. B. Dn. Lauterb.
 d. l. th. 24. Et ut in casu hîc formato id expressè actum esse non
 appareat, sufficit tamen, quod hîc expressè non fuerit conventum,

ut castrum illud solutò matrimoniò præcisè restitui debeat. Estimatio etenim rei in dotem datæ in dubio potiùs emptionem facere dicitur, per l. 5. l. 10. C. l. 10. ff. de jur. dot. l. 11. C. de pact. Didac. Covarruv. præf. quæst. qu. 28. n. 1. Joseph. Ludov. in decis. Perus. dec. 89. n. 8. ubi, quod pro hac sententia in dubio judicandum sit, Barbos. ad L. Estimatis 50. & sq. ff. solut. matrim. n. 1. ubi hanc tanquam communiorem laudat sententiam. Covarruv. d. l. Trentacinq. var. Resol. L. 2. de jur. dot. resol. 1. n. 1. Molin. de 7. & 7. tr. 2. d. 426. n. 7. Card. Mantica. de tac. & ambig. convent. l. 12. d. 28. n. 31. B. Dn. Lauterb. d. l. th. 26. in fin. & fingitur in hujusmodi æstimatione Maritum brevi manu pro re ab Uxore accepta ei dedisse pecuniam & Uxorem pecuniam pro dote Marito dedisse, L. Singularia 15. ff. de reb. cred. L. 3. §. sciendum. ff. de donat. int. vir. & ux. L. 43. §. 1. ff. de jur. dot. & sub specie contractùs dotis occultatur contractus emptionis, celerique aut brevi manu transit de uno in alterum: quam tanquam communem Ddum sententiam laudat, multisque autoritatibus confirmat, Trentacinqu. d. l. n. 1. Barbos. d. l. n. 1. Mauri. d. l. th. 24. sqq. Secus se res habet, si tale castrum cum Jurisdictione æstimatò per modum alternative ita datum fuerit, ut solutò matrimoniò vel id ipsum, vel æstimatio illa in restitutionem veniat, tum enim ex lege conventionis inter duo hæc restituenda electio est pro diversitate casuum modò Uxoris, modò Mariti! & Uxoris quidem, si contentum fuerit, ut ipsi competat facultas eligendi & pro lubitu, pro ut ipsi conducere deprehendit, vel rem vel æstimationem repetendi, L. 10. §. f. ff. de jur. dot. quam cautelam tanquam utiliorem Mulieri commendat, B. Dn. Stryk. de cautel. contr. sect. 3. c. 8. §. 11. & ita in hoc casu in pendentibus est, & ex futura Uxoris electione dependet, an venditionis, an v. taxationis gratià æstimatio facta censeatur, & interim res, sive in nostro casu castrum ipsum unà cum Jurisdictione ipsi cohærente & insimul æstimatà nullo alio quam dotis titulo acquiritur, dotale efficitur & alienari prohibetur, L. 1. C. de fund. dot. L. 11. ff. eod. B. Dn. Lauterb. d. l. th. 26. E converso verò Mariti, si ipsi concessa fuerit hæc eligendi potestas vel expressè, per verba conventionis, vel saltem tacite, quando ei non adempta, vel id actum non apparet, quod Uxori tale arbitrium competere debeat; nam & tum Marito, tanquam debitori, electio data censeatur, L. 10. §. fin. ff. de jur. dot. laud. Stryk. d. l. in

fia. &, uti modo demonstravimus, in dubio æstimatio venditionis gratiã facta præsumitur : Unde & Mulieri parùm cautum judicatur, si pactum fuerit adjectam de re æstimata solutò matrimonii ipsi restituenda, quia ex tali pacto perfecta emptio non resultat, post Joh. Petr. Fontanell. *de pact. dotal. tom. 2. claus. 5. gl. 8. p. 13. n. 31. sqq.* Stryk. *d. l.* in utroque enim illo casu Maritus castrum illud liberè alienat, cum possit statim eligere, ut rem ex titulo empti retineat, & matrimonii solutò æstimationem præstet, *d. l. 10. §. fin. ff. de jur. dor. & l. 11. ff. de fund. dor. B. Dn. Lauterbach. d. l. de variis effectibus æstimationis tam illius, quæ venditionis gratiã, quàm ejus, quæ taxationis gratiã facta est, consulantur, Mantic. de tac. & amb. conv. l. 12. t. 28. n. 13. & plur. sqq. Barbof. ad L. Æstimatis 50. ff. de jur. dor. n. 5. sqq. ubi plenius. B. Dn. Maurit. de æstimat. th. 30. seqq.* Hoc unicum saltem hic superaddere adhuc non abs re esse ducimus, quod, quàmvis graviter inter se DD. decertent de eo, quibus remediis Uxori consultum sit in casu rerum in dotem æstimatò datarum, & an quoque ad Uxorem rerum etiam per modum cujusdam venditionis æstimatarum ipso jure redeat, illique perinde rei vindicatio & adversus Maritum & adversus tertium ac in rebus inæstimatis per *l. 30. C. de jur. dor. competat?* ut videre est ex traditis DDrum quos hanc in rem adiecit & ex illis quæ ipsi disputant. Barbof. *ad d. l. Æstimatis. 50. ff. solut. matr. n. 26. sqq.* Mantic. *d. l. n. 16. sqq.* Istam tamen difficultatem faciliùs extricari posse censeamus, si dicatur Uxori præter actionem personalem & hypothecariam. competere quoque in subsidium, quando Maritus aut heres ejus non est solvendo, aut quoties non habet bona ex quibus solvatur dotis æstimatio ipsi Uxori, rei vindicationem etiam contra tertium, qui rem eam dotalem æstimatam sive titulo lucrativo sive oneroso possidet. *arg. l. 1. C. de donat. quæ sub mod. l. Uxor. 55. ff. de don. int. vir. & ux. non quidem directam, quæ competit pro rebus inæstimatis, sed utilem, quæ saltem locum invenit in casu rerum æstimatò in dotem datarum, pro cuius articuli solidiori & pleniori declaratione jungantur omninò, quæ tradidit Excellentiss. Dn. Præf. in disp. de red. dom. leg. 1. th. xi. pag. 37. sq. th. 26. 30. sqq. & passim. ibid.* & in hac sententia hic habemus assentientem B. Dn. Maurit. *de æstim. th. 35.* ubi dicit communem DD. scholam ita sentire, hacque actionum distinctione opus esse ad evitandas absurditates non obstantibus iis, quæ Socinus & alii ob-
 jciunt.

ficiunt & nisi ita statuatur largiri necesse erit (1.) pretium rei in effectu non esse datum, nec (2.) dominium irrevocabile translatum. (3.) Res illas subsistente matrimonio alienari non posse: quæ omnia tamen salvâ juris analogiâ aliter statui non possunt, et anteivit in hac sententia Covarruv. *d. quest. 28. n. 8.* & secutus eundem Barbof. *d. l. 226. §.* Nec aliud statuendum venit, etiamsi Uxor alienationi rei consensisset; Jura enim nostra fœminis plenissimè consultum voluere ad salvandam dotem, cujus causa valdè favorabilis est, ita, ut ejus gratiâ quàm plurima contra communis juris regulas nostris permissa & ordinata passim inveniantur. *l. 1. C. de R. U. A. l. 1. l. 6. C. de dot. prom. l. 12. C. de pign. §. 29. l. de act.* quam sententiam etiam rectius propugnant Covarruv. *d. l. Barbof. d. l. n. 28.* Maurit. *d. th. 35.* Hâc utili rei vindicatione verò quæ agit Uxor, hoc sibi spondere non debet, quod castrum, fundum, aliamve rem in dotem datam præcisè obtentura sit, utut adversus tertium & singularem possessorem experietur, nam & hic condemnationem restitutionis rei effugere potest offerendo æstimationis pretiû. *arg. l. 12. §. fin ff. quib. mod. pign. solv. l. 10. C. qui pot. in pign. Marian. Socin. 2. Conf. 224. n. 2. §. quinimo. Roland. 2. Conf. 92. n. 24. Covarruv. d. l. n. 8.* provocans ad Anton. de Fano *in tr. de pignor. p. 5. m. 3. n. 28.* cujus lectionem quidem valdè hanc in rem commendat, improbat tamen in eo, quod ex parte Socinum hæcenus ipse improbaverit. Barbof. *d. l. n. 28. in fin.* perinde ac juris est in ipso Marito, qui conventus ad rem dotalem ita æstimatam restituendam, æstimationem præstando, satisfecisse Uxori dotem repetenti rectè dicitur, *per hæcenus tradita*; in hujus locum verò cum successerit tertius possessor Jus habens à Marito, iisdem tutum esse exceptionibus & defensionibus, quibus uti poterat ipse Maritus, ipsa æquitatis ratio vel maximè efflagitat. Covarruv. *d. l. n. 8. ferè circa fin.*

XI.

Relictis causis dominiî translatis, pedem nunc proferimus ad non translativas; Horsum etiam in hac materia possumus referre (1.) Locationem Conductionem. Insolitum enim hodiè non est & Jurisdictionem in locationem quandam venire, & locato pro certa pensione castrò & Jurisdictione ei inhaerentem Conductori concessam intelligi, elucet ex iis, quæ tradita sunt, *in disp. de mod. tax. Jurisd. th. 4.* non alio quidem modo, ut venditò castrò & Jurisdic-

tionem coherentem venditam præsumi & iuste prætendi posse deduximus in *preced. th. 7.* Id verò quando agitur non minus ac in aliis contractibus onerosis tabulæ æstimatoriz exhiberi solent, quæ inter alias res æstimabiles & Jurisdictionem, aut potius Jurisdictionis redditus & fructus, per stata illa tempora circiter percipiendos, referre & in calculum deductos habere consueverunt, uti conspicere datur ex iis, quæ in medium attulit. Anton. Wilhelm. Ertel, in seiner gülden Praxi von Anschlag, Taxation und Schätzung der Land-Güter. pag. 33. sq. in dem Project und grund Abriß eines leidentlichen Anschlags über die Hochgültige Herrschaft N. N. ibi pag. 34 den hohen Blutbann / sambt der Nieder. Gerichtsbarkeit und deren davon dependirenden Straffen / Freveln / Atreften / etc. wird taxiret per 200. fl. qualis designatio eò imprimis proficit, ut sciat maximè Conductor præditi & juribus insimul locatis quomodo & in quantum frui debeat, atque possit; neque enim facilè quis sine tali computatione rerumque in usum ex locato venientium designatione, talismodi contractum iniverit, ex quo obstrictum se reddit ad grandem quandam pensionem quotannis solvendam, ignotò adhucdum eò, quid fortè pro hac ipsa iterum percepturus sit: Quis enim adeò resupinus esse, aut suum ita jactare præsumeretur. *arg. l. 25. pr. ff. de prob.* Calculo hoc ita ducto, & ad mensuram aut proportionem ejus determinatà pensione, si post Jurisdictio vel in totum deesse deprehenderetur, vel quod in redditibus determinatè ita promissum, aut in ratione deductum, præstari aut percipi non posset, parata est Conductoris actio ex conducto, ad id, ut quicquid ei ex lege contractus debetur, ei præstetur. *arg. pr. l. de loc. cond. l. 15. §. 1. l. 21. ff. eod.* quæ etiam in casu immodicæ læsionis ad rescissionem contractus intendi potest, perinde ac in venditione. *l. 2. C. de resc. Vend.* Cùm ipsa equitas & ratio suadeat nimiam talem læsionem etiam in contractu locati conducti emendari, & aliquem esse terminum læsionis & facultatis circumveniendi, quæ juxta in hoc contractu ac in venditione uti licet, *l. 21. §. 3. ff. locat cond. conf. disp. de mod. taxand. Jurisd. th. 7.* Quam sententiam quidem sibi valdè suspectam, imò prorsus falsam dicit Anton. Faber. *in error. pragm. dec. 8. err. 8.* Cujus rationes tamen frivolas, nec refutatione dignas pronunciat, Bachov. *ad Tr. 2. d. 2. th. 15. lit. A. & ad eas respondet.* Anton. Merend. *l. 2. controver.*

c. 26. n. 6. seqq. Id sanè hic non attendendum, quod locatio fiat ad tempus, quia tempus ad excludendam lesionem immodicam nil momenti habet. Bachov. d. l. Struv. in S. I. C. Ex. 23. th. 93. & ibid. Müller. in not. lit. B. B. Dn. Lauterb. in Tr. syn. ad rit. de resc. wend. §. 1. n. 29.

XII.

(2.) In Contractu Pignoratitio conjuncto maximè cum jure Antichrescos frequentiora occurrunt illustria æstimatæ Jurisdictionis exempla; Sæpius enim evenit, ut vel integrorum Ditiorum & Dynastiarum Domini magna pecuniæ quantitate indigentes, ut invenire queant, qui mutuam dando pecuniam eis subveniant, integras Terrarum suarum portiones, Ditiones & Vogtheias unà cum omnibus pertinentiis, juribus & regalibus loco pignoris, cum facultate utendi fruendi, pro usura pecuniæ mutuo dandæ s. in vicem usurarum offerant & deinde acceptâ eâ actualiter concedant & tradant, quæ est vis & natura juris antichreslici. l. 14. l. 17. C. de usur. B. Dn. Lauterb. de jur. antichr. th. 27. Quam in rem notabiliter congesta tria exempla recenset, Dn. Ertel. in seiner erst angezogen Praxi pag. 11. ibi: Drittens pflegt es zum öfftern zu geschehen/ daß doch zu contentirung der grossen Schuld. Posten/ das Land. Guth pfandsweiss einem andern verfest/ und/ gegen Vorstreckung eines nahmhafften Anlehens/ zum Nutzgebrauch überlassen werde/ mit Vorbehalt der Wiederlösung. Also hat Anno 1463. etliche Pflegschafften auff der Bergstrassen/ der Chur. Fürst von Wapns dem Chur. Fürsten von Pfalz verfest; Durch eben solche manier haben die Oesterreichische Erb. Herzogen die Landvogthei in Schwaben von dem Reichs. Eruchessen. Anno 1541. erhalten; Wie auch Anno 1592. der Herzog von Würtemberg von dem Bisithumb Straßburg/ die Herrschaft Ober. Kirchen/ welche aber 1662. wieder abgelöset worden. Nec deficiunt noviora adhuc exempla, inter quæ fortassis non postremo censendum erit loco, quod in vicinia nostra ratione Comitatus Hochbergensis inter Augustissimam Domum Austriacam ac Illustr. Dn. & Lib. Bar. ab Ulm. ante aliquot annos temporum nostrorum momenta prodidere. Talia verò nec tradi aut in antichresin concedi, nec pro his pecunia numerari solet sine designatione pertinentiarum & Jurium connexorum & æstimationis quoque eorundem

dem, maximè quoque in fructibus & redditibus quotannis inde percipiendis, ne quis fortean deinde negligentia sua poenam luere cum gravi suo incommodo cogatur, quod etiam, quando ad statum reuisionis res devenit, debitor actione pignoratitia, vel si qua alià pignora sua repetens sentire & subire, vel saltem in necessitate pertinentias probandi ipsi incumbente, tenetur, quando sine ejusmodi designatione ea Creditori suo simpliciter tradidit, uti etiam in causa Lindaviensi concernente, *die Reichs-Pfandschafft und deren intendirte Auflösung der 4. Kellenhöffe zu Ober-Reitnau zu Schönau zu Reichenbach und zu Respach*, Laudatissima Fac. Jurid. Tubing. his conformiter respondit, uti videre est apud Authorem Deduct. Lindav. pag. 765. ibi: Et sanè Domini Imperatores debuissent in concessione fines, terminos, & pertinentias ad bona hæc oppignorata specialiter exprimere, cumquè hoc non fecerint, vel succumbere debent, ut in simili Speculat. per *L. Titius heres. 48. ff. de A. E. V.* vel saltem interpretatio facienda est contra eos, qui legem contractus apertius dicere potuissent, per *jur. a vulg.* Creditor verò etiam id damni ex ea omissione habet quod metuat, ut si reluens deinde fruitionem rei oppignoratae legitimum usurarum modum excedere causetur, excessumquè eum in sortem imputare velit. vid. B. Dn. Lauterb. *de jur. antichres. th. 43. sqq.* difficilius causae suæ justitiam contra hæc tela adversarii defendere possit, in proportionata se fundans rei illius fruitione, quam facilius ex tali designatione taxæ ante exhibitâ demonstrabit: quæ etiam in eo ipsi proficua erit, ut statim ab initio statum & conditionem rei oppignoratae inspicere penitus possit, certior exinde, an in pretio suo æquivalet summæ mutuo dandæ & pro credito suo satis securitatis in ea habeat. Quòd pertinet quod admonet. Dn. Ertel. *de l.* ita dum ratiocinatur: Nun aber wird keiner so nachlässig seyn / daß Er / ohne vorhero gefogene Schätzung des angebotenen Unterpfands / eine Summe Geldes wolle, also in die Schanze schlagen. Quod cautæ munimentum ne quidem in iis oppignorationibus susquè dequè haberi aut oblivioni planè tradi debet, quæ Imperiales nunc secundùm excellentiam & in strictiori sensu dicuntur, *denen Reichs-Pfandschafften*, quæ sunt istæ oppignorationes mediantibus quibus olim bona & jura Imperii ab Imperatore, Electoribus, Principibus aliisque Statibus, ut & aliis immedia-

tis Imperii membris pro certa pecuniæ summa mutuo datâ aliisve ex
 causis debitâ pignori tradita fuerunt, quæque ab Imperatoribus vi
 Capitulationum Cæsarearum & Pacificationis Westphalica confir-
 matæ, ut in ordine ad Imperatores reuisionis expertes sint usquẽ-
 dum consensu Electorum aliorumq; Statuum aliter fuerit statutum:
 uti constat non tantum ex *Instrum. Pac. Cæsar. Suec. art. 5. §. 9. v. 26. sq.* sed & ex Capitulationibus Cæsareis Caroli V. *art. 4. & se-*
quentium Imperatorum, sine dubio Ferd. I. art. 3. Rudolphi II. art. 3.
Matthiæ art. 3. Ferd. II. III. & IV. Leop. & Josephi art. 3. & maxime
novissima Angustissimi Imperatoris moderni Caroli VI. art. 1. ubi
expressis & significantius ac in aliis, his quidem verbis: Reichs-
pfandschafften / secundum Instrumentum Pacis: cum in præce-
dentibus simpliciter saltem legatur, Pfandschafften: quamvis in
Leopold. & Josephina dd. II. alix inveniuntur additiones quæ in
superioribus ita non habentur, Strauch. d. l. Excell. Dn. D. Schvy-
der, in Intrad. in Jus Publ. sect. 1. c. 29. add. B. Dn. Maurir. ad Cap.
Leop. art. 3. ad verb. Prelaten. it. ad verb. sambe der Unmittelbaren
Reichs-Ritterschafft. De Capitulatione imp. Maximil. II. vero res
non est adeo expectata. Observat etenim Dn. Strauch. in diss. de op-
pign. Imper. ib. 37. hanc de hisce oppignorationibus nihil habere,
& hoc apparet ex ipsâ inspectione textûs, nullam mentionem faci-
cientis von Pfandschafften. Sed Dn. D. Schvyed. d. l. nec hanc
excipit ex numero Capitulationum oppignorationes tales confir-
mantium. Dissensum hunc facile componere licet ex diversitate
editionum dictæ Capitulationis; Communis editio, quæ Golda-
sto tribuitur, & à Limn. in not. ad Capit. recensetur, ne verbum
hæc de re habet, & in ea fundata est Strauchii sententia. At in origi-
nali depromto ex Electoris Palatini Archivo, expressis verbis, in §. 4.
legitur: Pfandschafften / uti id exhibet Dn. Thulemar. in tr. de
Ant. Bul. cui miti videtur. laud. Dn. D. Schvyederi assertum.
 Quales oppignorationes contra distinguuntur iis, quibus Sta-
 tus Imperii sibi invicem bona sua pignoris jure ante hominis.
 memoriam obligarunt, in quibus Oppignoranti ejusve succes-
 soribus reluendi facultas salva relinquitur, sed non aliter, nisi pos-
 sessorum exceptiones & merita causarum sufficienter exami-
 nentur, uti patet ex *d. Instrum. Pac. art. 5. §. 9. v. 27.* ejusquẽ
 E collatio.

collatione cum *vers. preced.* 26. adeoque non nisi causâ cognitâ & per sententiam: quæ est distinctio inter oppignorationes à Statibus invicem factas *recentiores*, ultra hominum memoriam se nondum extendentes, in quibus relutio non adeo difficilis, & inter *antiquiores*, hominum memoriam excedentes, quæ aliter quam dicto modò relui non possunt. Schilter. in *Inst. Jur. publ.* l. 2. i. 7. §. 3. vid. plurib. Auth. *Mediat. ad Instr. Pac. d. l. p. 416. 599.* & succinctè Auth. noviss. observat. ad Capitul. Cor. VI. art. 1. p. 10. ad verb. **Reichs Pfandschafften** ibi: Es werden also hie nicht verstanden die Güther so ein Stand dem andern verpfändet / als welche / wann der Titulus der Verpfändung durch darlegung des Contractus doceret werden kan / allerdings eingelset werden können; Wie solches von dem Herzog zu Sachsen Lauenburg mit der Stadt Wöllen / gesehen / welche die Stadt Lübeck fast drey Jahr hundert durch Jure pignoris innen gehabt; Ingleichen mit der Bergstrassen / welche Maynk von Pfalz reluiret / nach dem 4. ten. artic. *Instrum. Pac. §. 7.* Quod in *oppignorationibus Imperialibus strictè sic dictis*, de regula aliter se habere modò diximus. Quàmvis verò harundem natura ita sit comparata, ut nec reluitioni amplius sint obnoxiz, nec Creditor teneatur de fructibus hastenus perceptis reddere rationem, aut in fortem imputare quicquid inde ultra legitimum usurarum modum percepit, uti, contra communem quidem naturam factæ cum jure antichretico oppignorationis, quæ imprimis ubi fructus sunt certi, uniformes, certamquæ æstimationem habentes, vel ubi ratione fructuum incertorum excessus est immodicus, hoc secum fert. ut fructio illa ad terminos æquitatis restringatur & reducatur, ne usurariæ pravitatis labe laboret, vid. Christ. ab Hagen, de *usur.* c. 11. n. 120. 599; B. Dn. Lauterb. de *jur. antichr.* th. 44. 599. in hisce oppignorationibus Imperialibus recepti Juris esse scribunt Limn. ad *Capit. Car. V. art. 4. Verb. Pfandschafften.* n. 18. Mart. Uranius, 2. *conf.* 36. n. 5. Strauch. in *disf. de oppign. Imp.* th. 44. designatio tamen istorum bonorum iisdemquæ connexorum Jurium & in specie quoquæ Jurisdictionis, ex eaque qui percipi possunt fructuum, & quæ sunt alia, quæ simul in istiusmodi oppignorationes venerunt, eorumquæ æstimationis, propterea haud est fructuanea, sed proficiet tùm in eo, quod nemo facile istam pecuniæ

sum.

summam crediturus aut numeraturus sit, nisi antea rectè investigatâ bonorum oppignorandorum qualitate, conditione & pretio, tûm & in eo, quod talia bona quidem in Instr. Pac. d. l. reuisionis experia reddita sint, sed non simpliciter & absolute, sed saltem usquè dum Electorum & Statuum consensu aliter statutum fuerit, siue quod idem est, quod sint reuisionis expertia in ordine ad Imperatorem, eidem verò obnoxia adhuc in ordine ad Imperium, uti re- & ius observavit Prænobilis. & Excellentiss. nunc intimioris ad- missionis Statûs Consiliari. Dn. Frommann. in Diss. pro loc. de oppign. Feud. regal. partic. th. 6. p. 9. per modo allata Pacificationis Westphal. reservativa verba, quæ quidem Authori Medis. ad d. Instr. Pac. d. l. in spec. 3. p. 315. ad verb. donec Consensu Electorum & Statuum saltem honestatis causâ adjecta, & talem conditionem quam adimpletum nunquam iri constet, importantiâ videri volunt. Sed quia casus adhuc existere possunt, in quibus hæc reservatio ad effectum fortean pervenire potest, ipsâ Regnorum omniumquè rerum mundanarum fatali ordine & periodico decursu id secum ferente. vid. Senec. in Epist. 71. & Tac. 3. Ann. 55. imprimis si & creditor pignoratitius & antichresticus Jure suo cedere vellet, reuisioni sponte suâ locum relicturus: Id quod nec ipse laudatiss. Author dicitur. medis. cit. loc. diffiteri videtur, prius assertum suum deinde quasi modificando aut limitando his verbis: *Saltem quàm diu præsens Reip. forma manet, nequè Imperator ea cum auctoritate agit, ut cogere Statum possit ad pignus restituendum acceptâ sorte, qua modica plerumquè est habitâ æstimatione ad res oppignoratas, prout iis hoc tempore uti licet:* Sufficiet hæctenus Jus ita esse fundatum, quod vel raritas, vel remotior lentiori adhucdum gradu extituri casus spes & contingentiâ extinguere non valent. Sanè & dum tempore saltem oppignoracionis reuisionis fuit reservata, quæ etiam est ordinaria & communis illius negotii natura. l. 10. C. de pign. aff. interfuit omninò vel saltem tum temporis, utriusquè & debitoris & creditoris tabulas æstimatorias in specie quoquè & Jurisdictionis & fructuumquè Jurisdictionalium æstimationem referentes confici & exhiberi. Nequè verò talis reuisionis facultatis reservatio impedit deinde, quo minùs in eum statum perpetuo quodam jure bona ea retinendi, qui nunc Oppignoracionum Imperialium Reichspfandschafften proprius esse noscitur, illud negotium deduci

duci & alterari potuisset. Illud siquidem pignora retinendi jus non
 pertinet tantum ad res, quæ vel ex conventionem relationis sunt ex-
 pertes, vel de quarum relatione in instrumento nihil fuit cautum,
 (von unablässigen oder solchen Pfandschaften bey denen keine
 wiederlosung bedingt worden;) sed & ad illas, quæ sui naturâ
 relationi sunt obnoxia, ita ut licet juri retinendi natura in sub-
 jectis, tamen vi confirmationis Imperatoris, æquæ ac Pacificatio-
 nis Westphalicæ, ab ipso sui amplius non possint, ut rectius contra
 Lima. in not. ad Capit. d. Car. V. art. 4. n. 10. sqq. etiam contrarium
 statuentem propugnat Strauch. d. diff. th. 43. & cum eo Excell. Dn.
 D. Schvveder. in Introd. in Jus Publ. d. sect. 1. c. 23. §. 5. Maurit. d. l.
 Illud extra dubitationis aleam positum esse censemas, quod si res
 Imperii oppignorata fuerit, per hanc oppignorationem & exerci-
 tium atque commodum Jurisdictionis, Ditioni illi quæ hæcenus
 cohsit, in Creditorem pignoratitium cum ipsa re oppignorata
 transire, post Bart. Jason. Bald. Strauch. d. l. th. 45. in pr. non quidem
 ex illa ratione quæ utitur Strauch. d. l. junct. th. præc. 44. add. th. 33.
 34. & porrò sqq. quasi per hoc negotium dominium rei oppigno-
 ratæ utile ad minimum transeat propter illimitatam illam nullisque
 æquitatis regulis moderatam fructuum percipiendorum facul-
 tatem, qualem ne quidem juri antichrescos simpliciter convenire,
 multo minus meri pignoris juri, quippe ex quo Creditor fructus
 non luatur, sed sortu imputare debet, constat ex l. 1. & 2. C. de
 pign. act. l. 1. C. de distr. pign. l. 11. l. 14. l. 16. l. 17. C. de Usur. sed
 potius ex hac ratione, quia concessio in certum finem universali
 aliquo territorio aut castro, in eundem finem concessa etiam me-
 ritò intelligitur Jurisdictio hæcenus ei connexa, aliaque eidem ad-
 hærentia jura, quæ partem quasi totius constituunt, ita, ut si ter-
 ritorium in dominium mediante e. g. venditione alicui fuerit con-
 cessum, Jurisdictio illa insimul quasi in dominium cedat; si il-
 lud utendi gratiâ, veluti per locationem alicui collatum
 sit, & hæc in usum concessa habeatur: & si illud in secu-
 ritatem, & hæc in eandem causam, & rursus si illud insimul in fi-
 nem utendi fruendi, & hæc pariter in eundem finem data cen-
 scatur; Quæ enim in unum quasi corpus unita sunt, eodem quasi
 spiritu vivere intelliguntur & de iisdem tanquam unitis idem de-
 bet esse judicium. *Treatacinq. var. resol. h. i. resol. 1. de con-*
suetudin.

sueta. n. 9. vid. plenius hac de re agens Dn. Nic. Hieron. Gundling. in *erudit. suo Schediasm. de Jur. oppign. territor. §. 100. & seqq.* Dependet ergo plenissima illa rei oppignoratae fructio ex lege conventionis, quae uti alias naturam negotii alterare aliamque; quasi formam eidem iudicare potens est. l. 23. ff. de R. l. l. 7. §. 6. l. 27. §. 2. ff. de p. r. l. & in specie quoque in jure antichretico, imprimis ubi fructus sunt incerti, quoad liberiores & pleniores eam fructio nem esse eum suum etiam de jure nostro Civili potentissime ostendit & operatur. l. 17. C. de usur. l. 11. §. 1. ff. de pignor. Cothmann. 2. Conf. 57. n. 17. seqq. post alios Mev. in *discuss. levam inop. deb. c. 4. sect. 11. n. 14. seqq.* Christ. ab Hagen. de *usur. c. 11. n. 222.* B. Dn. Lauterb. de *jur. antichr. th. 38. seqq.* ita & in specie in praesenti Oppignorationum Imperialium & plenissime Creditori concessae earum fructio casu hoc efficit vel sola partium conventio, moribus Germaniae id maxime ita ferentibus, pragmaticarum Sanctionum robore fortiter jam munitis. Uran. 2. Conf. 56. n. 5. Befold. in *Thef. pract. voc. Pfandschill ng.* ubi quod secundum consuetudinem Suevoia & totius fere Alemanniae generalem hoc ita obtineat. Wehner. in *observ. pract. voc. Pfandschaff.* laud. Dn. Frommann. d. l. th. 4. ut adeo non opus sit hoc jus repetere ex Dominio s. utili s. directo, pro ejus acquisitione DD. hic se ut plurimum fundant in contractu, quem hic substituere solent, emptionis venditionis sub pacto de retrovendendo. Wehner. in *obs. pract. d. l.* ubi hoc exemplificat in civitate Oppenheim, Electori Palatino Rheno eo modo concessa: ita ut ea tradita, etiam cum fructibus Jurisdictionis, ut sunt mulctae, sportulae &c. concessa & tradita reputari debeat. Uran. 2. conf. 6. n. 3. Befold. d. l. Auth. Deduct. Lindav. pag. 344. Quamvis enim haec negotia magnam inter se affinitatem habeant, ut saepius ab invicem vix dignosci queant. Vid. B. Dn. Mev. d. cap. 4. sect. 12. num. 4. B. Dn. Stryk. de *sanct. contr. sect. 2. c. 4. §. 27.* & modò in hanc, modò in illam speciem magis inclinent, de qua re plenissime Frid. Martin. de *Jur. Cens. c. 1. n. 147. seqq.* Wehner. d. l. imò moribus Germaniae & praxi Imp. Camerali exiguum esse differentiam tradant Gylmann. rom. 4. symphor. p. 1. vol. 41. n. 14. & in *praedisc. Cam. voc. relictio.* Itter. de *feud. Imp. c. 21. §. 25. p. 919.* in se tamen revera vel maxime differunt. Martin. d. l. n. 561. seqq. Georg. Everhard.

hard. 1. Conf. 54. n. 77. Dn. Stryk. d. l. §. 31. Sqq. ubi responsio Facultatis Viadrinae in causa illustri differentias perspicue proponit & formulis quoque subjectis penitus reat illustrat. Dn. Frommann. d. l. th. 5. §. 8. & ubi de mente contrahentium apertò non constat, ex circumstantiis dijudicare debemus quid agere voluerint, quas optimè ex DD. allè. explicavit. Mev. d. l. n. 9. Sqq. Speidel. in specul. voc. Pfandschilling. ubi responsum subijcit, de ea Juris quaestione, an pacto de reluendo, in Pfandschillingen vel retrovendendo, in Wiederlosungs Sachen, ullo unquam tempore prescribi queat? Conf. Autn. modis. ad Instr. Pac. Caf. Succ. art. 5. §. 27. ad verb. Domino directo. pag. 420. ubi ex his verbis colligit hunc pragmaticæ sanctionis textum loqui saltem de illis bonis, quæ cum pacto de retrovendendo reverà empta, aut saltem jure antichreseos ita pignori data sunt, ut interea Creditor juribus omnibus fructibusque gaudeat, quæ ad bona ista spectant, neque perceptorum rationem ullam reddere teneatur, modò ne rem oppignoratam deteriores faciat: Cum in pignoribus alterius generis nulla ratione dici posse videatur, debitorem esse dominum directum, creditorem v. dominum utilem. Quàmvis in omnia alia abeat Dn. Gundling. de Jur. oppign. territ. §. 95. Sqq. junct. §. 85. ubi ex formulis productis & ex imitatione fiduciæ Romanæ dominium plenum, sed revocabile, transisse plenà manu probare conatur.

XIII.

Hactenus de æstimatione Jurisdictionis privatà auctoritate extrajudicialiter facta, restat ut paucis adhucdum agamus & de ea, quæ judicialiter aut publica auctoritate facta est, cujusmodi non tantum in negotiis, e. gr. hactenus perlustratis, sed & in omnibus aliis, ubi de æstimatione rei in Judicium deductæ Judicis officium suis defungi partibus debet, in Juris atque Justitiæ examen inque eam deliberationem venire potest, si decretum ejus gratià interpositum, aut sententia super ea pronunciata fuerit, an partes acquiescere istiusmodi determinationibus, an v. easdem per modum cujusdam sive reductionis s. restitutionis in integrum, sive appellationis s. revisionis, sive quo alio impugnavo remedio ab effectu suo suspensum, aut reformatum ire velint. Producemus hanc in rem Judicialis nostræ taxationis (1.) exemplum ex *Judicio Concur-*
sus

sis Creditorum universalis. Dem Ganth. Proccs : Sanè perversis
 hisce temporibus ne quidem apud eos, qui Domini sunt integro-
 rum territoriorum immediatè Imperio nostro subjeetorum & cum
 his Jure superioritatis territorialis & Jurisdictionis omnigena gau-
 dentes, ne dum apud eos qui mediata possident Jurisdictione & su-
 periori & inferiori aut saltem alterutrà instructa prædia aut castra,
 insolitum, imò maximè frequens est, ut, sive ferali bellorum, in-
 cendorum, aliarumquè calamitatum tempestate suis denudati fa-
 cultatibus, sive ambitioso & prodigo vivendi genere, dum nequè
 tempus, nequè finem impensarum habent, furiosum quasi rerum
 suarum exitum facientes à Creditoribus suis procrastinatam ha-
 ctenus solutionem impatienter ferentibus, sibiquè propter bono-
 rum, quam prævident aut metuunt, insufficientiam vigilare inten-
 dentibus ad satisfaciendum premiantur & coangustentur. Quo in
 casu, quando solvendo amplius non sunt, non aliud ferè sufficiens
 superest refugium, quam in excitato concursus universalis Judi-
 cio, ad quod tanquam extremum & extraordinarium remedium
 decurrendum non est, nisi quando alia ratione Creditoribus
 satisfieri, & debitoris fama servari nequit. *r. i. ff. & C.
 de bon. ant. jud. pos. Mev. p. 4. D. 226. n. 6. & p. 8. D. 59.
 n. 3. & 4.* quò non observatò nulliter formatum & iterum cassan-
 dum rectè dicitur per *l. 2. ff. de cess. bon.* Mev. d. D. 226. n. 7. & 8.
 & excitari solet ab ipso debitore bonis cedere parato, vel invito eò
 ad instantiam etiam Creditorum solutionem urgentium, vel etiam
 à Judice ex officio. B. Dn. D. Bardili, *de jud. conc. univ. c. 2. pos. 4.*
 Hic quando Jura omnium Creditorum concurrentium rectè ri-
 tèque sunt examinata & ponderata, sententia prioritatis publicata,
 eaque in rem judicatam transit, tandem ad executionem senten-
 tiæ progrediendum est, ut quisquè eo ordine & jure, quo col-
 locatus est suum tandem obtineat, quod mediante subha-
 statione & distractione bonorum concursus fieri debet, quam
 taxatio, s. ab ipso Judice, s. ab iis, quos Judex deputare solet
 idoneos commissarios & taxatores rerum peritos & juramen-
 to ad id obstrictos Mev. p. 6. d. 160. n. 3. add. scripta in *disp.
 de mod. taxand. Jurisd. th. 7. p. 18. sq. ubi plenius*, facta præcedere
 solet & debet, utique de Jure communi per *L. 16. C. de resc.
 vend.* ubi ratio, ne sub nomine publicæ subhastationis locus frau-
 dibus relinquatur, ut possessionibus viliori pretio distractis exactor
 plus

plus consequatur ex gratia, dum amico gratificatur vilius ita vendendo, quam debitor & dominus earum ex pretio. Paul. de Castro ad d. l. Joh. Köppen in decis. qu. 44. n. 19 Joh. Philippi in tract. de subhast. c. 3. n. 12. C. J. Arg. L. 42. tit. 1. th. 97. n. 5. quana paxin ad obviandum omni malitiz & suspitioni fraudis ab Advocatis peritis, qui ita consuluere, se vidisse testatur Munoz. de Escobar. de ratiocin. c. 16. n. 7. & ex eodem capite laudat & commendat. Brunnem. ad. d. l. 16. & in proc. civ. c. ult. n. 54. & in tr. de proc. conc. Cred. c. 7. §. 2. & B. Dn. Stryk. *ibid.*, in not. ubi contra alios distinguentes iater venditionem sub hasta & adjudicationem faciendam, ita ut *ibi* non, *hic* v. opus sit prævii taxatione, scribit, se non videre rationem, cur non & in casu subhastationis prius taxatio præmitti debeat, quò inde Creditores perspiciant, an sibi consultius sit pro oblato pretio rem licitatori vendere, vel in solutum accipere. Neque v. hinc metuendum est, ac si hinc viâ & debitori & creditori noceatur; Illi, si viliori pretio restaxata, huic, quia si ob taxationem immensam Creditor ipse in solutum accipere nolit, emptores à licitando deterreri possent, unde in tali casu errare Judices à taxatione incipientes, adnotat Rauchbar. p. 1. g. 46. n. 3. Carpzov. p. 1. c. 32. d. 37. n. 3. § 99. Præterquam enim quod taxatio illa præcisè non stringat licitatore, ut tantum pretium offerat. Dn. Stryk. d. l. & hoc hic attendendum est quam maximè, quod definitum illud pretium licitatoribus manifestari necesse non sit. Berlich. *pract. conclus.* p. 1. concl. 21. n. 209. Unde Carpzovii rationes non magni ponderis nec multum stringentes esse rectè judicat Goswin. ab Esbach. in not. ad Carpzov. d. l. non inutilis tamen illa cautela est, ut Creditoribus id significetur, ut possint, si velint ex medio suo quendam taxationi adhibere, & si quid monendum haberent, id maturè moverent, ne postea super taxatione novæ lites emergant. d. l. 16. C. de rest. vend. Brunneem. de proc. conc. Cred. c. 7. §. 2. Cum & taxatione à JUDGE jam facta opus esse videatur, ut citentur Creditores & taxatio publicetur, & querendum, an bona secundum taxationem factam in solutum accipere velint, præsertim mobilia, an v. subhastationem petere malint, quæ maximè in immobilibus locum habet, & uti mobilia in illo casu adjudicari solent, ita hinc inde mos est receptus, ut immobilia una cum taxatione hastæ subijciantur, aut per edictum publicè-

publicetur. illud aut illud prædium tanti æstimatum venum exponi, ut possit quilibet empturus hujus rei gratiâ nomen suum apud Judicem profiteri. Joh. Philippi. *d. c. 3. n. 2. Brunn. d. c. 7. §. 3. sq.* Pro illâ à nobis modò assertâ sententiâ communi DD. calculo roboratâ faciunt & inprimis ea, quæ in terminis ferè terminantibus hanc in rem scriptâ reliquit. Ertel. *in laud. sua aur. prax. pag. 10.* ibi: Ist ja eine fast tägliche Begebenheit / daß ein oder ander Land / durch sonderbahr zugestossenes Unglück / oder auch / (welches meistens zu geschehen pflegt) durch selbst eigene Nachlässigkeit und verderblichen Hochmuth in seiner Hauswirtschaft und Lands-Oeconomie dergestalt in grossen Ruin und Schaden hinfencket / daß zu befriedigung der unruhigen Glaubigern / (welche des faumseeligen und unglücklichen Schuldners noth nicht bedauern) kein anders Mittel übrig / als desselben habendes liegendes und walgendes Vermögen hinnach auff die Ganth zu schlagen und währenden Ganth-Processus durch Curatores und gemeine Verwaltere auß dero versilberung die forderung der Glaubiger abzuleidigen / welchen falls ohne zweiffel die unumgängliche Noth erfordert / daß die auff die Ganth gerathene Güther zuvor durch einen billichen anschlag und ordentliche Taxation geschätzt werden. Hæc ex ratione Juris communis rectius ita diducantur; De Jure Saxonico tamen aliud, & hoc inductum esse, ut bona absq; ullâ taxatione præviâ subhastari debeant constat ex traditis Rauchbar. & Carpzovij *ad. ll. quod absurditatis nihil habere adnotat Brunnem. de Process. civ. d. c. 9. n. 54.* Quod si jam æstimatum cum Jurisdictione castrum in subhastatione rectè adornata venum exponeretur & licitator quidam dignum non offerret pretium, sed dimidiâ pretii taxati parte minus e. gr. taxa fuit 15000. fl. & ille licitaretur 7000. fl. hæc licitatio si statim acceptaretur, locus fieri posset remedio *L. 2. C. de R. V.* licet enim non potuerit reperiri melior emptor, non tamen sequitur, quod non plus valuerit. B. Dn. Stryk. *in addit. ad Brunnem. de proc. conc. cred. c. 7. §. 5.* & laud. modò Brunn. *d. l.* ipse testatur in Camera Brandenburg. ita observari, ut licitatio talis non acceptetur, nec publicè notificetur, sed expectetur donec iste vel alius dimidium pretii taxati vel plus offerat. Et quàmvis pro publica

F tali



tali distractione propter autoritatem iudicii & solennitatem subhastationis præsumptio militet, ut exinde credendum sit illud omninò justum esse pretium quod publicè factâ venditione pro tali agnitione nemine plus offerente. Coler. de proc. exec. p. 3. c. 9. n. 39. qua ratione moti remedium l. 2. C. de R. V. hic locum invenire negant Bart. in l. 1. C. de prad. decur. Phil. Corn. 3. conf. 36. Guid. Papæ in decis. Gratianop. qu. 22. in fin. aliique quos citat Moller. l. 3. semestr. c. 12. n. 1. sqq. ubi etiam allegat qui distinguunt inter venditionem ex necessaria causa & ex causa voluntaria factam, ibi negantes, hic concedentes dict. remedium. Damhouder. de subhast. c. 14. n. 26. Gabriel. Comm. Concl. l. 3. de empr. vend. concl. 1. n. 62. Treutler. 2. d. 2. th. 12. lit. h. Præsumptio tamen ea vincitur veritate & laesionis probatione. l. 11. C. de prad. min. & cum etiam Magistratus falli & error in æstimando & approbando pretium facile committi possit, prætextu autoritatis publicæ & solennis subhastationis, inique quis excluderetur à facultate læsionem talem enormem demonstrandi atque probandi Bachov. ad Tr. d. l. th. 10. lit. a. & th. 12. lit. g. C. J. Arg. de reb. auth. jud. poss. th. 27. Trentacinq. var. res. lib. 3. de empr. res. 3. n. 4. & magis communem hanc esse sententiam scribit Cravett. Conf. 29. n. 4. & ex Alexandr. aliisque id testatur Gabriel. d. l. n. 61. Moller d. l. n. 2. probat quoque & præjudicio convalidat Carpz. p. 2. c. 34. d. 13. n. 7. ubi verba sententiæ hæc rem ipsam clarius representantia recenset. Diereuil M. Ludov. Frübe auff vorhergehende Gerichtliche Subhastation und erfolgte licitation sein Kauffrecht erstanden und daß Hauß käufflich an sich gebracht / so wird er dabey billich gelassen / ihr möchtet dann wie recht erweisen / daß ihr über die helffte des rechten werths in selbigem Kauff verlezet worden / auff solchen fall wäre Käuffer den rechten werth nochmahls zu erfüllen / oder aber / gegen erstattung seiner außgezählten Kauffgelder / und eingewandten scheinbahrl. beßerung euch das Hauß wieder abzutreten schuldig. Et quamvis Carpz. ibi ipsi contrarius sit in l. 4. Resp. 1. tamen deliberatiore esse & paxi receptam sententiam priorem à nobis quoque propugnatam ex aliis ut & ex ipso Auth. in Affl. deb. c. 4. pos. 71. n. 253. sqq. ubi laudat. DD. qui subhastationis taxationem ex officio iudicis ad æquam æstimationem reducendam esse

esse monent, pronunciat. Gosvv. ab Esbach. *in not. ad Carpz. l. c. 32. d. 45.* Si v. licitator quidam pretium offerret non infra, sed ultra dimidium, tum publicè hoc significandum est, an fortè reperiuntur plus licitaturi, idque non tantum secundà, sed & tertiâ vice per stata tempora. vid. Joh. Bapt. Asin. *de execut. §. 6. c. 1. n. 16. sq.* Brunn. *d. Conc. Cred. c. 7. §. 2.* imò de jure communi usque ad adjudicationem vel additionem, quia regulariter tempe hinc nullum determinatum, sed arbitrarium saltè est, Asin. *d. l. n. 18.* & hætenus res dicitur subsistere & manere in meris tractatibus, Brunn. *d. l. §. 12.* & ibid. Stryk. *in addit.* Ex licitationibus itaque pluribus qui majorem pretii summam realiter vel aliàs in qualitate meliorem arbitrio Judicis pro tali declarata conditionem offert, illi castrum illud & jurisdictio illa ita æstimata & vendita adjudicatur Brunn. & Stryk. *d. l. §. 9. sqq.* etiam si sit ex Creditorum numero. Nam etsi sint, qui Creditores à licitatione remotos velint, quàm diu alii emptores adsunt *per l. 2. C. si in caus. jud. pign. capt. l. 3. C. de exec. rei jud. junct. l. ult. §. 5. C. de jur. dom. impetr.* Antos. Fab. *5. conjest. 15.* Hillig. *in Donell. l. 23. c. 14. lit. d.* Verior tamen eorum est sententia, qui & hos ad licitandum cum aliis admittunt. Finis enim licitationis & subhastationis talis est, ut eò plures ad emendum invitentur emptores, & bona tantò pluris vendi possint, quem prona Creditorum æque ac aliorum licitatorum admissio multum promovet, *per text. in d. l. 2. si in caus. jud. pign. capt. Asin. in d. tr. §. 6. c. 7. Coler. d. l. n. 87. Carpz. p. r. c. 32. d. 51.* & de eo hoc minùs dubitandum est, quo certius est *ex l. 26. ff. de reb. auth. jud. poss. l. 60. ff. de pact.* quod Jure prælationis gaudeant Creditores cum aliis licitatoribus concurrentes, quæ quid in simpliciter exclusus vix præsupponi posse videtur; quod si v. Creditores inter se concurrerent, tum & hoc expeditum esse censemus, quod inter eos ratio cognationis prioritatem faciat. Cum enim *per dd. ll.* jus cognationis cognato tribuat jus prælationis præ extraneo non creditore, quidni etiam in casu creditoris cognati concurrentis cum creditore non cognato eadem illa cognationis ratio pro inducendo prioritatis jure valeret? Effet etenim aliàs à juris ratione alienum cognationi modò aliquid, modò nihil tribui, & cum jura crediti & cognationis hinc in una persona eò nt, non debere potentius operari duo talia vincula, quàm unum,

contra l. 39. ff. de leg. 3. §. 2. 7. de adoptr. & sunt de cetero leges nostræ indulgentiores pro affectione in bona majorum nostrorum l. 35. ff. de Minor. Afir. d. §. 6. c. 6. Hillig. in Don. em. cl. d. l. Bach. ad Tr. 2. d. 24. th. 6. lit. b. ubi in examen vocat ea, quæ hanc in rem differit Ant. Fab. l. 5. consuet. c. 15. Brunnem. d. l. §. 11. Si v. subhastatione factâ emptor nullus inveniatur, ipsi Creditores bona hastæ hæctenus subjecta in solutum accipere tenentur, Auth. Hoc nisi debitor. C. de solut. quæ propterea datio in solutum necessaria audit. Mev. p. 4. d. 370. & p. 8. d. 338. n. 2. B. Dn. D. Bardili de jud. conc. univ. th. 59. eaque non tantum in bonis allodialibus locum invenit, sed & hinc inde locorum etiam in feudaliibus B. Dn. Brunnem. d. c. 7. §. 14. ubi quod in Pomerania non tantum respectu fructuum, sed etiam ratione substantia feudorum talis in solutum datio & adjudicatio fiat, secundum regiam Suevicæ Cameræ decretum de Anno 1645, in verbis: Die immiſſiones nicht nur in fructus feudorum, sondern in ipsa feuda verrichtet / die ange wissene Lehen æstimiret / und / wenn in der darzu bestimbtm Zeit keine reliction erfolget / in solutum addiciret werden, et in §. 15. ubi, quod in Marchia quoad bona feudalia primò ad emendum vocentur agnati simultaneè investiti, tandem & illis, qui civici sunt ordinis in solutum dentur, sed sub pacto de retrovendendo intra certum tempus add. B. Dn. Stryk. in addit. ibid. & Brunnem. in Proc. civ. c. ult. n. 38. Hartm. Pistor. illustr. quest. 15. n. 1. sq. Mev. in diss. lev. inop. deb. c. 4. sect. 11. n. 9. Et est omnino singulare beneficium modernis usitatum, quod non reperit emptore, aut licitatore quidem existente, sed nimis modicum pretium offerente, qui casus ex pari judicandi veniunt, cum idem sit neminem emere velle, & nolle emere justo pretio. Schneidevv. ad §. 2. 7. de sing. reb. per fideic. Creditor invitus res teneatur in solutum accipere, cum aliàs de jure communi bonis licet judicialiter taxatis & subhastatis, ei invito tamen obtrudi nequeant. l. 2. §. 1. in fin. ff. de R. C. l. 4. C. de bon. auth. jud. poss. Carpz. d. p. 1. c. 32. d. 61. sq. Mev. d. l. sect. 10. n. 9. sq. ubi etiam n. 13. moniti loco rectè addit, cum hac egeña tempestate, quæ omnium loculos exhaust, vix sint qui emant, aut pretium rebus par expendere velint, supervacuum & noxium, inde injurium esse ad subhastationes decurrere, potius v. æquius esse per æstimationes æquas inter debitores & credi-

& creditores componi in solutum dationem. Est etenim hæc via & in hoc admodum salutaris, quod partes ita inter se conventæ taxationi regulariter stare teneantur, nec facile, nisi in casu immodicæ læsionis remedium suppetat talem impugnandi, cum si ab alio & vel ipso Judice facta fuerit, illa adhucdum repeti possit per alios æstimatores, veluti in Saxonia per Scabinos Provinciales, ita tamen, ut horum taxationi deinde acquiescendum sit, wie es durch dieselbe alsdann geschähet wird/ dabey muß es bleiben/ nulla competente appellatione Molier. in semestr. l. 3. c. 12. n. 4. Carpz. d. l. d. 62. Quæ alias in æstimatione jam publicatâ & à Judice approbatâ, ubi iusta eam impugnandi causa est, locum invenit. Dicimus publicatâ & comprobatâ, quia solâ publicatione non habetur iudicii instar, cum ea fieri soleat, ut partes super illa prius audiantur. Quando v. semel & publicata & approbata est à iudice, tum fatalibus interponendæ appellationis nondum elapsis, appellare quidem licet, his v. prætermisissis non item. Approbatio enim talis pro iudicato est, idèd, iusto tempore non impugnata vim rei iudicatæ habet & Creditoribus præiudicat, eleganter Mev. p. 4. d. 306. add. Diss. de mod. tax. Jurisd. p. 18. Hanc v. necessitatem taxata istiusmodi bona in solutum accipiendi evitare Creditores vix aliâ possunt viâ, quàm si vel pignoris iure possessionem continuare & meliora tempora distractionis expectare l. 15. §. 3. ff. de re iud. Mev. d. l. d. 304. Brunnem. ad d. l. 15. n. 15. sqq. vel bonis tam diu uti velint, donec sortem cum usuris inde redegerint. Carpz. de proc. r. 25. art. 4. n. 9. sqq. & 30. sqq. Brunn. in proc. civ. d. c. ult. n. 36. Ubi v. ad statum additionis & adjudicationis bonorum talium s. creditori, s. extraneo tanq. pluris licitatori faciendæ res jam perducta est, interest horum quàm maximè, ut omnia iusto ordine & debitâ cum cautelâ fiant, quæ practica quâdam demonstratione distinctè, perspicuè juxtâ ac nervosè representata videre licet ap. Joh. Fuchsf. Cr. Kilon. in Introd. in prax. for. l. 3. c. 11. per tot. ex quo quæ in licitatione ad finem perducenda utiliter porro observanda veniunt optimè addiscere possumus, mediantibus istis agentii formulis, quas ibi §. 17. & sqq. exhibet, quas pro dilucidiori rei & in specie quoque castri aut territorii eiq. connexæ Jurisdictionis aliorumque jurium, quæ in æstimationem & publicatam distractionem hæctenus venerunt, cognitione hic loci transferere

bere non abs re esse ducimus, scilicet, factu optimum erit, si Creditor vel quisvis alius licitator pretium pro bonis debitoris subhastantis tempore statuto se soluturum offerens, fortean etiam, ubi circumstantiæ id exigunt, cautione pro solutione faciendâ præstitâ, simul in schedula quadam (quæ Licitation-Zettel vocatur) exprimat, quæ, qualia & quanta bona debitoris petat, & pro quibus pretium offerat: quæ schedula communiter ita formari solet. Herr Mevius hat in dem vergangenen N. Concurſu und gefolgten Licitation auff das Adelsliche Guth N. sampt dessen pertinentien gebotten e. gr. 50000. Rthlr. weil er nun dabey verblieben/ und die Gerichtliche Adjudication darüber aufgefertigt werden soll/ wird darinn specificè zu exprimirensseyn. 1. Das Adel. Guth N. mit allen zugehörigen Hobeiten/ Kirchen und andern Gerechtigkeiten/ Fischereyen/ Jagden/ Mühlen und 2. ander dergleichen 3. die zu dem Guth gehörige/ gegenwärtige und aufgetretene Unterthanen/ an was Orth dieselbe zu befinden. 4. Die Holzungen/ Äcker/ Seen und was dem anhängig/ ingleichem Wisen/ Weiden/ Ländereyen/ oder sonsten 5. Alles auff dem Guth befindliches und unverkauftes/ gedroschenes und ungedroschenes Korn/ wie auch Futter 6. Die auff dem Guth annoch befindliche Fische. 7. Was von denen auff die Mast genommene Vieh gehalten wird. 8. Alles Bau-geräth/ Wägen/ Pflüge/ und dergleichen. 9. Das zur Winterfaat in dem Lande aufgesäete Korn und 10. Solches alles von allen bis dato auß geschriebenen Contributionibus frey und unbeschwehrt: In Summa alles was Sempronio an dem Guth N. vorhin erb. und eigenthumblich zu gehört hat/ gefallen von demselben alle brieffliche Urkunden und documenten zu dem Guth N. gehörig extradirt werden müssen Fuchs. d. c. n. §. 18. Schedulâ hæc Creditoribus communicatâ, hæcque in ea non deprehendentibus, quod firmiter vendi non possit, Licitator & Creditores eam solere subscribere antequam in licitatione ulterius pergatur. Hæc, v. ita jam justificatâ & licitatoribus inter se certantibus, qui victor tandem vel pinguius pretium, vel aliâs pinguiorem conditionem offerendo, existit, vel ex alio capite potior evadit, tum petere debere bonorum ita emptorum adjudicationem mediante sententia faciendam, observat Id. d. l. §. 19. 20. & 21. Formula sententiæ hæc esse potest: Auff ergangene Licitation der in concursum gegogener wepl. J. U. B. jugestande/

standener sämtlicher Güther/ benantlich S. K. M. und eines Hoffes
 an S. cum pertinentiis allermaßen dieselbe im exhibirten Licitations-
 Zettel specificiret und gesucht derer adjudication. seynd von Uns F.
 und C. A. &c. obbemeldte Güther mit allen pertinentien/wie diesel-
 be im angezogenen Licitations-Zettel nacheinander enthalten seyn/
 der Wittwen C. U. B. und ihrentwegen Dero zugeordneten Cura-
 tori D. U. A. als plus licitanti, umb die offerirte 150000 Rthlr.
 Krafft dieses erb- und eigenthümlich zugeschlagen und judicialiter
 adjudicirt/ mit dem Bescheid/ daß ihme Curatori oder seiner Pfleg-
 Frauen und ihren Erben deßhalben / innhalts gestrigen Tags pub-
 licirter Urthel/ von den participirenden Creditoren / gegen erle-
 gung der Kauffgelder/ein gewöhnlicher Kauffbrieff cum evictione,
 wie Landstet/ und gebräuchlich/ heraus gegeben werden soll. *W. X. W.*
Quam practicam in provinciis Hollandicis imprimis ita frequentari
testatur laud. Fuchf. d. l. §. 22. & in sqq. ubi, quæ ulterius observan-
da & quomodo assignationes in emptorem dirigi & fieri soleant.

XIV.

(2.) Exemplum Judicialis taxationis depromimus ex commu-
 natione & familia erciscunda judicio, si coheredes inter se de dividen-
 dis rebus hereditariis convenire nequeunt, ad officium Judicis causa
 devolvitur, qui partes suas ita interponit, ut vel corpora hereditaria
 pro portionibus hereditariis inter omnes heredes distribuantur,
 quod regulariter tanquam viâ planiori fieri solet, vel uni alicui aut
 quibusdam solis assignentur in casibus illis, ubi vel planè non, vel
 non commodè res hereditariæ dividi possunt. Franzk. *in Comm. ad*
ff. tit. fam. erc. n. 10. Et hîc opus est æstimatione præviâ, quam Ju-
 dex vel ipse, vel per alios facit. *L. 34. ff. fam. erc. B. Dn. Maurit.*
de æstim. th. 69. Diss. de mod. tax. jurisd. th. 7. p. 18. sqq. quam de-
 inceps sequitur divisio per adjudicationem. *L. 55. ff. cod. & quidem*
vel in speciem permutationis, veluti quando uni heredum prædium
Tusculanum, alteri Cornelianum unâ cum pertinentiis & in specie
quoque Jurisdictionum speciebus, si quæ ipsi cohæreant, adjudica-
tur. arg. L. 20. §. 3. ff. cod. quod sine æstimatione & corporum & Ju-
rium connexorum fieri vix potest, cum talis adjudicatio fiat ex lege
compensationis ad invicem. Franzk. d. l. n. 20. & hoc casuratione
evictionis coheredibus datur actio præscriptis verbis. d. l. 20. §. 3. ff.
l. 14. C. fam. erc. vel in speciem emisionis venditionis, quæ fit inter-
 venien-

veniente licitatione, quando is cui res adjudicata est condemnatur alteri in certam pecuniam, si portionis suæ, quam in re illa habebat, justam æstimationem. *L. 1. C. comm. urr. jud. L. 55. ff. fam. ere. §. 20. l. de arb. §. 4. l. de off. Jud.* Quod ita adjudicatur id statim ejus sit, cui est adjudicatum. *§. ult. l. eod.* hoc etenim Judicia divorsoria sibi singulare habent, quod per adjudicationem seu sententiam dominium rei adjudicatæ etiam sine traditione propediem transferatur, quod secus est in reliquis aliis judiciis, ubi dominium non statim transfertur, sed qui dominus jam est, per sententiam saltem declaratur talis esse. *l. 35. §. 1. ff. de R. V.* quæ propterea recitiis judicia declaratoria dicuntur *arg. l. 8. §. 4. ff. si serv. vind.* in quibus sententia est loco tituli s. causæ ad dominium transferendum habilis, ut ex adverso in divorsoriis sententia est ipse modus dominium acquirendi post alios B. Dn. D. Frommann. *de tradit. ver. th. 12.* vel constituendi aliud aliquod jus in re, veluti Servitutes; potest enim arbiter familiæ eriscundæ dum uni fundum adjudicat imponere huic de novo servitutem, quæ antea non fuit, & ita alium alii servum facere ex iis quos adjudicat. *l. 22. §. 3. ff. fam. ere. arg. l. 18. ff. comm. div.* modò hoc ipsum faciat in continenti, dum adjudicat, non v. si ex intervallo. *d. l. 22. §. 3. Scotan. in exam. ad tit. fam. ere. qu. 8. Müller. in not. ad Struv. Ex. 15. th. 10. lit. d.* & quia Jurisdictio in alterius territorio instar est cujusdam servitutis, illustr. Dn. Lib. Bar. de Lyncker. *dec. 662.* ex eadem ratione poterit & Judex in fam. erisc. judicio ex præiis, quæ coheredibus adjudicat Jurisdictionem alterutri imponere & constituere Dn. D. Diethmar. *de domin. Jurisd. mediat. §. 25.* aut si Jurisdictio inter coheredes dividenda, potest pro ratione circumstantiarum vel uni ipsam adjudicare Jurisdictionem, alteri commoditatem Jurisdictionis, veluti penas & multas sententiæ Judicis impositas, quæ etiam in uno eodemque loco diversis personis competere possunt *Natt. conf. 636. n. 128.* uti in se quoque sunt diversa, cum aliud sint fructus Jurisdictionis, aliud ipsa Jurisdictio. *arg. l. 66. ff. de jur. dor. l. 8. §. f. ff. de peric. & com. rei vend.* prout etiam uni proprietatis, alii usufructus assignari potest. *l. 6. §. 1. ff. de usufr. vel potest etiam Jurisdictionis usum alternum concedere & assignare. ut quisque eâ alternis annis atque temporibus utatur l. 16. §. 2. ff. fam. ere. Hahn. ad Wesf. d. 1. n. 6. B. Dn. Lauterb. in Coll. Th. pr. ibid. th. 22.*

uti

uti Seroniff. Duces Brunsvic. & Luneb. alternis annis utuntur
 directorio s. Rectoratu Academiae suae Juliae, alternis item tem-
 poribus jure Patronatus & conferendi Professiones, teste Hahn. *d. l.*
 vel disponere, ut uni heredum Jurisdictionis commoditas locetur,
 qui praestet pensionem dividendam inter omnes *Jd. d. l.* vel denique
 ipsam Jurisdictionem uni vel alteri adjudicare, ita, ut reliquis ju-
 stam portionis suae estimationem praestet. *arg. l. 1. C. comm. utr.*
jud. §. 4. l. de off. jud. Prudentius autem Judex hic providebit, ut
 paucioribus, quam fieri potest, Jurisdictio illa assignetur, cum in plu-
 res dispersa communiter vilescat, quia, juxta commune dictorium,
 segnius expediunt commissa negotia plures. *c. 5. §. de concess. preb.*
 Diethm. *d. l.* Hahn. *ad VVes. d. l.* qui responso Fac. Jurid. Helmst.
 id egregie in proposito simili casu confirmat, his verbis: **Das der**
Ritterssig und was dem anhängig/ weiter nicht als unter Zwey zu
vertheilen/ und der Dritte davon einen abtritt/ gegen billichmäßi-
ge erstattung/ zu nehmen schuldig seye. Dn. Schult. *in Ex. ad ff. 20.*
§. 70. §. 99. ubi quomodo etiam territoria, Regalia, Ducatus, Comi-
 tatus, Dynastiz, ipsaque superioritas territorialis, non tantum quo-
 ad reditus & fructus, sed & quoad ipsa illa jura in se respectata, in fam.
 ercisc. Judicium veniant. *Add. laud. Dn. B. de Lyncker. d. 536.* ubi,
 quod si plures in Jurisdictionis quasi possessione communi existant,
 locus ejus administrandae in dubio ille sit **wohin die Interthanen ge-**
hörig / wohin sie gebuldigt / wo die actus antiquiores Jurisdictionis
 nis **gepflogen.** Talis a Judice per sententiam facta divisio, ut ut in-
 zqualis, & cohaerendum quis ultra dimidium per eandem laesus fuerit,
 regulariter tamen retractari aut rescindi, nec beneficio *l. 3. C. comm.*
utr. jud. nec. beneficio L. 2. C. de R. V. potest, nisi, qui laesus se existimat,
 intra tempus legitimum appellationis remedio, si laesio tanti sit, usus
 fuerit. *vid. th. preced.* Siquidem resjudicata praetextu laesionis rescindi
 non potest, & valet omnino sententia etiam iniqua propter authorita-
 tem rei judicatae. *arg. L. 36. ff. fam. erc. L. 4. C. de re jud. L. 2. C. sent. resc.*
non poss. L. 2. C. quand. prov. non est nec. l. 65. §. 2. ff. ad Sci. Trib.
L. 27. §. 2. ff. de recept. qui arb. quae & laesionis praesumptionem ex-
cludere dicitur. c. in presentia. b. x. de renunc. c. sicut nobis. 16. x.
de sent. & re jud. Bald. in L. 3. C. comm. utr. jud. n. 3. Richt. p. 2. d. 99.
n. 46. Carpz. p. 2. c. 34. d. 11. n. 6 Hahn. ad VVes. tit. fam. erc. n. 8.
 B. Dn. Lauterb. *ad ds. th. 24.* & ita judicatum esse in Curia Mechl-
 niensi

nensi inter heredes D. von Haleri Mens. Maj. Anno 1574 testatur Christin. V. 2. d. 179. n. 9. post alios Exceß. Dn. D. Schwveder. de remed. L. 3. C. comm. utr. jud. th. 32. Exceptio communiter datur in eo casu, si Judex ex consilio & relatione iniquorum æstimatorum in errorem inductus iniquam fecerit divisionem rerum imperitè æstimatarum, tum enim eandem retractari posse per L. 2. C. ff. propt. publ. pens. Rauti Struv. in S. 7. C. Ex. 15. th. 16. ubi adhuc alias recenset exceptiones: nempe si divisio facta fuerit iniquè ex singulari Judicis gratia. vel si Judex etiam ab adversa parte in errorem fuerit inductus, modò in casibus hijsce enormis læsio manifestè appareat, sine quo requisito retractioni nullum esse locum scribunt. Bursat. 2. Cons. 148. n. 7. Struv. d. l. & in Diss. de restim. perit. in arte. th. 30. Hic tamen sibi, suisque rebus haud benè consulunt, qui tempus 10. dierum, quæ sunt fatalia interponendæ appellacionis, securè transmittunt, & dum habent, quod querantur de tali læsione, pro ea corrigenda intra id spatii sibi vigilare superseceant. Quàmvis enim communiter recepti Juris sit, quod sententia experitorum Judicio lata nunquam transeat in rem judicatam. Marant. in spec. part. 6. de deciser. Judic. p. 462. sed reformari & retractari quodocunquè queat, quando post sententiam peritiores alii produci possunt. Menoch. de adip. poss. rem. 5. n. 166. peritos enim peritius superat judicium. Panormit. in c. causam. x. de probat. Mey. p. 3. d. 26. n. 6. & sapiente semper haberi possunt sapientiores DD. in L. 31. ff. de jurejur. non aliter a sententia per falsos testes lata revocabilis est L. 33. ff. de rejud. c. 9. x. de probat. Roman. in d. l. 31. ff. de jurejur. n. 36. post multos Fulv. Pacian. de probat. l. 1. c. 47. n. 85. 89. Cùm non ex veris, sed privilegiatis probationibus, veluti per verbum Credo, talis sententia ferri consueverit, cujusmodi in rem judicatam non transire communis est DD. conclusio, à qua nec in judicando, nec in consulendo recedendum est, ut pluribus id firmat Pacian. d. l. n. 86. 89. Marant. d. l. n. 137. 89. post Imol. & Angel. Myasng. 6. O. 35. n. 4. post Nigr. in tr. de subhast. c. 15. §. 33. Müller in addit. ad Struv. d. l. lit. 7. Hoc enim tunc demùm pro expedito haberi debet, quando sententia peritorum in se spectatur, quæ, dum ad causam saltem instruendam veritatemque explorandam requiritur & adhibetur, & idè ad probatoria tantùm pertinet, causam non finit, nec rem judicatam facit, text. est valdè notab. in l. 2. C. de Jur. Fisc. ibi Brunn. quem in foro

foro quotidianum dicit Garf. de expens. & meliorat. c. 24. n. 28. Mev. d. D. 26. n. 5. ubi, quod ita habeat communis Jctorum sententia quam praxis fori recepit. Ruland. de Commissar. p. 1. l. 4. c. 12. n. 6. Plebst. ad J. P. W. p. 1. r. 43. n. 109. Quando v. judicio peritorum approbatio & sententia Judicis jam accessit, sive quando Judex peritorum judicium de rebus ad judicium eorum spectantibus tq. sententiam partibus publicavit, tum admodum controversum est inter DD. an talis Judicis sententia in rem judicatam transeat? Et pro re omnium felicissimè extricanda perplacet nobis illorum DD. sententia, qui distinguunt, an ea causa, super qua peritorum Judicium latum est, certitudinem admittat, veluti in iis, quæ judicantur per Agrimensores, Architectos, Fabros lignarios, Cæmentarios aliosque artifices mechanicos, usu venit, & ad horum Judicium conformatam & partibus publicatam sententiam transire in rem judicatam verius reputamus per Nov. 7. c. 3. §. 2. aliisque argumenta plenius deducta à Berlich. p. 2. concl. 59. n. 35. sqq. Carpzov. p. 1. c. 26. d. 4. B. Dn. D. Scheinemann. de Ocul. inspect. th. 25. Mev. d. l. n. 4. nisi manifestissimè & per evidentiam rei de iniquitate sententiæ constet, tum enim per exceptionem à regula receptum est, talem sententiam non transire in rem judicatam, post alios B. Dn. Stryk. in tr. de Jur. sens. c. 3. n. 3. ubi, quod constans sit DD. sententia, quod post rem judicatam quoque & in ipso executionis actu concedi debeat beneficium ocularis inspectionis, quippe ex quâ falsitas ad oculum demonstrari potest: iniquitas enim sententiæ manifesta aut notoria equipollet nullitati sententiæ, ut utrinque lasso etiam sine appellatione succurratur. Mev. p. 4. d. 115. & p. 6. c. 30. n. 3. 4. 5. An vero certitudinem non admittat, veluti in Medicorum & Chirurgorum Judicio de lethaliitate vulneris, ex quo quis mortuus dicitur; Obstetricum de graviditate mulieris, de virginitate, & quæ sunt aliæ id generis causæ plures, quæ Judicis arbitrio rectius determinari possunt. Berlich. d. l. n. 43. sqq. in quibus sententia Judicis nunquam ita transit in rem judicatam, ut probatio in contrarium pro ea retractanda non admittatur. c. 6. x. de frigid. & malef. c. 14. x. de probat. Gail. 2. O. 111. n. 16. sqq. Berlich. d. l. post alios Carpzov. d. l. d. 5. B. Dn. Scheinem. d. th. 25. von Göllich in observ. ad Hænsf. 6. O. 34. Hic tn. præcavendum, ne in tantum hoc extendatur, & semper ad eludendam Justitiam ad peritorum

ritiorum Judicium provocetur, unde ultra duas vices talem sententiam vix posse retractari monent DD. Pacian. *de probat. l. 1. c. 47. n. 89. & ibid. ab eo citr.* Et cum ad primi generis negotia bonorum immobilium maximè & connexa Jurisdictionis aestimatio, per arbitros & aestimatores peritos qua fit, ut & qua hanc sequitur ei conformata per divisionem adjudicatio referri potius debeat, curet omninò lesus, ut intra tempus decendii sententiam hanc retractari petat, antequàm vires rei judicatae nanciscatur. vid. Marant. *d. l. n. fin.* Quàmvis enim aliàs à Judicis arbitrio pendere dicatur, an peritorum Judicium sequi, an posthabere, an confirmare, an reformare velit, ita tamen, ut non sine justa causa retrechet vel postponat. *Mev. d. p. 8. d. 26. n. 7. Struv. de resim. perit. in art. 1b. 31.* ubi hanc licentiam retractandi restringit ad tale Judicis arbitrium, quod rationabile est. Rationabile autem arbitrium est, quod in justa causa se fundat, veluti si super relatione exurgit difficultas altera parte illam impugnante, vel si & Judici dubia subveniant, vel si obscura, vel non sufficiens, vel defectu aliquo laborans. *Mev. d. l. n. 8.* At tamen hoc non aliter accipiendum est, quàm si ipse Judex adhuc potestatem habet peritorum edicta corrigendi, peritiores consulendo. Bartol. *in L. Arbitrio. ff. Qui satisd. cog.* quàm excidit quàm primùm sententia rei judicatae vires nacta est. *Abb. in c. 4. x. de probat. Struv. d. l. 1b. 31. add. super. tradita.* Ceterum de divisione extrajudiciali privato heredum arbitrio perperam aut inaequaliter, sive fraude & dolo, sive saltem per errorem, bonorum aestimatione, quantitate aut qualitate non satis exploratâ, factâ, Juris est certissimi, quòd in melius reformari debeat. *L. 3. C. Comm. utr. Jud. & ibid.* Tulden. etiam ubi majorenes inde lesi sunt, & lesio non est immodica, sed qualis qualis, notabilis tamen ex rei qualitate & valore, tempore contractus aestimando, qua contingit. *d. l. 3. in verb. perperam. & ibid. DD. Besold. Conf. 85. n. 96. sq. ibi:* *Das auch in dergleichen Fällen einer/ so weniger dann umb die Helffte ver nachtheilet/sich beklagen/ und eine billiche gleichhaltung begehren könne.* J Cui Argentoratens. *in Vol. 2. c. 21. qu. 3. n. 94. ibi:* *Es seze der beste Weeg/ daß man sich auff den text. in L. 3. vornemblich fundiren thue/ denn derselbe vermag mit rotunden außdruecklichen Worten/ wann jemand geschwinder weise zur Theilung beredet/ oder dieselbe unrecht gemachtet/ so soll sie reformet oder verbessert wer-*

werdenund ist unnöthig dar. u thun/ das man über das halbe Theil/
 la diyet oder betrogen seye; etiam si divitio ita facta Judicis decreto
 majoris authoritatis ergo fuerit confirmata, vel publicis actis insinua-
 nata, vel sigillo publico corroborata, vel in præsentia à Magistratu
 deputatorū peracta. nam & hujusmodi divisiones inæqualiter factas
 corrigi & ad æqualitatem redigi posse atque debere, rationis est fun-
 datissimæ in d. l. 3. B. Dn. Lauterb. in Colleg. ff. ad lit. fam. etc. th.
 25. sq. & pleniori manu Excellentiss. Dn. D. Schwveder, in diss. de
 rem. d. l. 3. comm. utr. Iud. th. 4. & plur. seqq. & quidem median-
 te actione vel fam. erciscundæ, vel communi dividundo, quæ ve-
 rior est DD. sententia. Lauterb. d. l. laud. modò Dn. D. Schwveder.
 d. l. th. 9. junct. præc. th. 8. A pluribus exemplis, quæ infinito ferè
 numero ex jurium nostrorum latifundio pro demonstrandis taxatæ
 Jurisdictionis variis effectibus, variisque indè provenientius Ju-
 rium remediis hîc congeri possent, lubentes nobis temperamus,
 X V.

Accedimus deniquè ad **Contraria**. Adversantur autem Ta-
 xationi Jurisdictionis ejusquè Justitiæ varia, & præcipuè quidem
 (1.) respectu *Causæ Efficientis* dolus in æstimando admittus, & si hoc
 ipso alius alium ad Jurisdictionem vel Territorium cum Jurisdi-
 ctione secus ac par est fraudulenter æstimatum e. gr. emendum, vel
 vendendum vid. th. 7. induxit, qui eo non admisso contracturus non
 fuisset, ex hoc nulliter facta æstimatio & eam secuta emptio ven-
 ditio pronunciari debet, quia hic versamur in casu doli causam
 dantis negotio bonæ fidei, quo ipso ejusmodi negotium redditur
 ipso jure nullum. L. 7. pr. ff. de dol. mal. L. 16. §. 1. ff. de Minor.
 Franzk. ad tit. de dol. mal. n. 12. sqq. & ibid. citr. ita, ut deceptus
 electionem habeat, an contractum nullum dicere, an v. eundem ra-
 tum habere, & ex eo contra adversarium agere velit, post Riemer
 & alios B. Dn. Lauterb. in Coll. ad d. 1. th. 6. si v. alius alium suâ
 sponte alioqui contrahentem in modo contrahendi, ut vel carius
 emat, vel vilius vendat, fecellit, quia talis dolus saltem incidens est,
 qui contractum nullum non facit, decepto ad eum modum non
 parata est querela nullitatis, sed ad dolum eum purgandum is ipse
 citi debet vel actione ex ipso contractu. L. 7. pr. §. 3. L. 9. pr. ff. de
 dol. mal. L. 13. §. 4. & 5. ff. de A. E. V. L. 2. C. eod. vel exceptione
 doli, quæ bonæ fidei negotiis inest. L. 21. ff. solut. matr. L. 34. §. 3.
 ff. de

ff. de leg. 1. Vinn. sel. quest. 1. qu. 12. Franck. d. 1. & Lauterb. d. 1. th. 8. & his conformiter incluta Fac. Jur. hujus Univ. in casu supra th. 7. proposito respondit, **D**as sie nach genauer erwägung aller umstände nicht ermessen könne / das der Kauff als ohnkraftig ex capite doli anzusechten / da Hr. Käufer zu diesem Kauff dolose nicht inducirt worden / weil aus der Zeugen Aussage nicht un- deutlich zu schliessen / das der Hr. Käufer aus eigenem Erieb und Bewegnüss zu des qu. Guths erhandlung Lust bekommen / auch nicht erwiesen / das Hr. Verkäufer das verkauffte Guth U. nach einem gewissen darüber gemachten Anschlag oder Versicherung ge- wisser jährl. Intraden zu kauffen angeboten / sondern es besag viel mehr der Kauff-Brieff das man zu denen nur zur hauptsächlichen Information entworfenen Anschlägen keines weegs gebunden seyn solle/woraus nicht unschlüssig abzunehmen / das die Versicherung à 4000. fl. jährl. Renthen/ nicht die sola causa inductiva ad contra- hendum gewesen seyn müsse. ap. Excellentis. Dn. D. Harpprecht. in Resp. 71. ad qu. 1. n. 16. sqq. usque ad n. 20. Quid juris ratione ne- gotiorum stricti juris vid. modo laud. Franzk. & Lauterbach. th. 7. qui consuli ulterius possunt, imprimis vid. B. Dn. D. Kurrer. in Diss. de dol. caus. danr. ad quem, quia pleniüs & ex professo hac de re egit, remisisse sufficiet Adversatur ex eodem capite & metus, si vi metuquë coactus prædium tale perperam æstimatum e. gr. per- mutavit. vid. th. 8. Quàmvis n. metus ne quidem contractum b. f. reddat nullum. §. 1. l. de except. L. 21. §. f. ff. quod met. caus. fa- cit tamen, ut mediante restitutione in integrum ex dicto ca- pite ille possit rescindi. L. 9. §. 2. ff. quod met. caus. Franzk. ad leg. 101. de dol. mal. sq. ubi rationem differentie ostendit. Non minüs & **E**rror, qui consensui quoquë contrarius est, cum scientiam & voluntatem excludat. L. 15. ff. de jurisd. L. 2. pr. ff. de jud. L. 57. ff. de O. & A. L. 116. §. 2. ff. de R. l. Si enim e. gr. res he- reditarias, & inter eas quoquë castrum cum Jurisdictione, aut hanc saltem communi jure hætenus competentem, inter se dividentes, vid. th. 14. majoris quàm res revera est, utur sine fraude, sed saltem ex errore & imperitia, de qualitate non aliter persuasi, æstimationem determinassent, læsus ex hoc errore, quàmvis saltem circa qualita- tem rei contingente, etsi totum negotium infringere non valeat, non impeditur agere, & divisionem eam ad proportionem justitiæ &

æqui

qui boniquè reducere. *L. 3. C. comm. utr. jud. actione ex ipso negotio resiltante, veluti familiar. erciscundæ vel communi dividundo d. th. 14. Excell. Dn. D. Schyved. in Diss. ad d. L. 3. th. 38. sq. add. Franzk. ad tit. de C. E. V. n. 50. sqq. ubi n. 53. quod comperto in ibidem proposito casu emptionis venditionis tali errore, de pretio tantum detrahere possit emptor læsus, quantò res minoris est, vel si jam solvit, adversus venditorem etiam ignorantem agere valeat, quanti interest se non esse deceptum. *L. 21. §. 2. ff. de A. E. V.**

XVI.

(2.) Intuitu *Subjeeti*, vitium sibi contrahit nostra taxatio, si facta fuit ab eo, qui non habebat facultatem taxandi, veluti si tertius privato suo arbitrio æstimationem Jurisdictionis determinavit domino nec consentiente, nec mandante, nec ratihabente. vid. *Diss. de mod. sax. jurisd. th. 7. p. 14. sq.* hæc Domino nullatenus præjudicat. Non debet n. alteri per alterum iniqua conditio inferri. *L. 74. ff. de R. I.* unde & divisio bonorum hereditariorum facta quibusdam coheredibus absentibus & ignorantibus horum juri nil derogat, sed portio, quæ cujusquè fuit ante divisionem, ejus manet pro indiviso, perindè ac si æstimatio & divisio non fuisset facta. *l. 17. C. fam. etc.* vel si *alins*, quàm qui à partibus sive ut *Arbitrator*, sive ut *Arbiter Compromissarius electus* est taxationem eam fecit, ab hoc quicquid actum, nulliter actum est. Arbitrandi facultas non competit nisi ex electione & voluntate partium. *L. 25. pr. ff. loc. cond. L. 11. §. 1. ff. de recept. L. 14. pr. C. de jud.* hac deficiente deficit illa facultas. vid. *Dn. Lauterb. ad tit. de recept. th. 4. sqq.* Sunt n. arbitria & compromissa stricti juris non tantum ratione *objeeti*, *Berlich. p. 1. concl. 4.* sed & ratione *subjeeti*, cum in iis arbitrium personæ insertum, ut loquitur *Jctus Ulpianus*, i. e. personæ addictum, personam non egrediatur. *in L. 45. L. 32. §. 15. & 16. ff. de recept. qui arb.* etiam iis in casibus, ubi *Judex in arbitrum compromissarium electus*, qui itidem legem compromissi & modum in ea dictum strictè observare debet, ne aliter agens, nulliter agat, ejusquè sententia nulla reddatur. *L. 1. C. eod.* unde si ea compromissi lex fuit, ut postquam in causa conclusum à Collegio *Mercatorum* peteretur sententia, hæc v. petita fuit à *Jctorum* Collegio, aut etiam ab eo, quod expressè recusatum erat, hæc sententia firmo pede nullatenus subsistit, si partes ei stare nolint, ut eleganter decidit, *B. Dn. Mev.*

p. 1. d. 98. n. 3. vel etiam ubi quis tanquam *Judex strictè sic dictus* sibi sumpserit auctoritatem taxandi Jurisdictionem, aut castrum cum Jurisdictione, ubi desuper lis vertebatur, & sententiam suam de tali re pronuncianti, nullitatis vitio ex defectu Jurisdictionis hæc omnino laborat. Quando n. sive ab Arbitris, sive à Iudicibus, quibus non est judicandi facultas data aut concedita, sententia fertur, ea ipso jure nulla est, *L. 1. C. de pedan. jud. add. R. I. de Anno 1654.*
Undem auch nunmehr. 121. sq. *Mev. p. 1. d. 100. n. 2.* Electis v. ad æstimandum certis personis, quia omni exceptione majores esse debent, si tales defectus objici possunt, qui possunt alias testium fidem debilitare, tunc & ad enervandum horum æstimatorum testimonium atque judiciunt proficit exceptio, quæ proficit ad repellendos testes & imminuendam aut impugnandam horumdem fidem. *Mascard. de probat. concl. 654. n. 8. Diss. de mod. tax. Jurisd. th. 71 pag. 23.*

XVII.

Prætermisissis aliis, quæ si temporis ratio id permetteret facile hic ad ductum materialium, tum in *Diss. de mod. tax. Jurisd.* tum in hac ipsa pertractatarum, congeri possent, ad finem nunc properamus. Adversatur a. Taxationi nostræ adhuc porro in genere imprimis. (3.) ratione *Finis*, quem æstimatores Jurisdictionis intendunt, consistentis in proportionata Jurisdictionis ejusque valoris commensuratione, distributione, atque observatione justis, æqui bonique, vid. *d. diss. th. 12. talis iniquitas & injustitia* in æstimando hinc inde admissa, pro quâ corrigenda competunt Juris remedia, quæ varia uti ex *præced. thesibus* patet, veluti ipsa actio, aut exceptio ex quolibet negotio oriunda, reductio ad arbitrium boni viri. vid. *d. diss. de mod. tax. Jur. th. 7. p. 19. sq.* restitutio in integrum, appellatio, revisio, querela nullitatis & id generis alia remedia, nullitatis, injustitiæ, inæqualitatis emendativa, *supr. th. 13. p. 38. sq.* in specie quoque & præcipue illa iniquitas, quæ vertitur in *enormi & immodica illa lesione*, quæ remedio *l. 2. C. de R. V.* locum facit, quod ultra dimidium justii pretii læso, uti in quibusvis aliis rebus in commercium venientibus, ita & non minus in Jurisdictione ejusque æstimatione jure nostro rectè indulgetur. Quàmvis n. demonstratio & probatio læsionis in commutatione & alienatione Jurisdictionis quæ obvenit, admodum difficilis videatur ob incerti-

incertitudinem aestimationis tum juris ipsius vid. d. Diss. th. 9. p. 39. seq. tum etiam provenienti in inde reditum atque perceptionem, cum annuatim certam determinationem non habeant, unde vulgo steigende und fallende Nuzungen appellari solent, quales sunt quae ex Jurisdictionibus, non minus etiam ex praediis agrorum & ovilium, it: decimis, pratis, vineis, piscinis, venationibus & lignis & rebus similibus sumuntur, Joh. Köppen. in decis. Qq. illustr. Germ. qu. 44. n. 13. Ertel. in prax. aur. p. 14. 6. Die Einkünfte sq. & p. 16. 6. Sechstens ibi: Belangend die Gerichtswärdel/ Frel/ Straffen und Geldbuße/ welche die Gerichtsbarkeit ausungen seynd/ können selbige nicht vor beständig estimiret werden/ weilen ganz ungewiß ist/ ob/ und wie schwehr die Unterthanen sich vergreiffen/ und durch allerhand straffbahre verbrechen zu gerichtlicher punitiung und abwandlung werden anlaß geben. laudat. Fac. Jur. Almae hujus Eberh. in resp. suo de Anno 1700. ap. dat. Fac. Jur. Almae hujus Eberh. in resp. suo de Anno 1700. ap. dat. in Resp. 71. n. 50. ibi: dergleichen perceptiones auf denen Adel. Landgüthern nicht uniformes, sondern nach denen Umständen der zeit bald steigen/ und auch wiederum sich verringern/ wie dann in specie die fructus Jurisdictionis, Straffen und Frel/ Hauptfälle/ Bürgergeld/ Abzug/ Umgeld und dergleichen ab incerto eventu guetermaßen dependiren und daher desto schwehrer ist/ dieselbe in ein determinirtes quantum in Capital zu bringen. &c. & exinde colligendum esse videatur, in aestimatione & venditione aliävè permutatione Jurisdictionis d. remedium l. 2. C. de R. V. vix ac ne vix locum inventurum esse, cum in casu, ubi rei aestimatio tempore contractus planè est incerta, & ex eventu demùm latio ultra dimidium probari potest, istius modi remedium exulare forteat. arg. l. 8. C. de R. V. l. 17. l. 23. C. de usur. l. 11. §. 4. ff. de Min. nec de latione conqueri possit, qui fortunam quasi pro Judice elegit. arg. l. 8. §. 1. ff. de C. E. V. l. 1. C. de pact. laud. Resp. num. 51. seq. His tamen non attentis, nos planè non ambigimus, quin plenà manu locus patefieri debeat huic remedio etiam ratione Jurisdictionis, secus aequum est aestimata & in alium pro alia compensatione & adæquatione translata, ubi de immodica & justum pretium excedente latione satis constat, quod in praemissis jam indigitare antevertimus, per allata exempla evando, velutin casu Jurisdictionis empta vendita non justo, sed dimidium excedente pretio in th. 7. p. 14. in casu Jurisdictionis permixta, cum

H

alia

alii: scilicet s. alterius generis re, arg. eor. qua scripta sunt: h. 2. p. 19.
 sq. j. n. 7. arg. l. fin. ff. de rer. perm. l. 19. §. pen. ff. de Ed. Ed. An-
 ton. Merend. in controu. jur. l. 1. c. 37. n. 2. sqq. Harpprecht. ad §. f. l.
 de E. V. n. 147. sqq. Richter. D. 99. n. 44. B. Dn. Lauterb. in Coll.
 ad tit. de R. V. th. 30. Struv. in S. I. C. Ex. 23. th. 92. & ibid. Müller.
 lit. 7. in casu Jurisdictionis in dotem estimato si a data. ut latio enor-
 mis inde refuset, veluti si Uxor majorem dotem dederit, quanti
 conditio & dignitas viri postulat, aut Jurisdictionem & res in do-
 tem datas adeo minoris estimaverit arg. traditor. th. 10. add. Ca-
 zopol. ad l. 2. C. de R. V. n. 63. Carpz. p. 2. c. 34. D. 14. Struv. & Müller.
 d. l. l. 2. Hahn. ad Wes. ad tit. de res. vend. th. 6. n. 5. Lauterb. d. l. th. 41.
 minimè tamen ea intentione eoq; effectu. ut inde contractus rescisso
 sequatur, uti n. matrimonium semel contractum rescindi nequit,
 arg. §. 1. l. de Pair. Por. ita nec dotis constitutio, quæ oneribus ma-
 trimonii inservit, l. 10. C. de jur. dot. sed faltem ut dos ad justam quan-
 titatem reducatur. Richter. d. l. n. 50. Carpz. d. l. Müller. d. l. contra
 naturam dicti remedii, quod regulariter alternativè competit,
 vel ad negotium rescindendum, vel ad supplementum ejus, quod
 lex secundum Justitiam debetur, d. l. 2. C. de R. V. Porro in casu
 locatae conductæ Jurisdictionis. supr. th. 11. p. 30. sq. add. Harpprecht.
 d. l. n. 137. sqq. Richt. d. D. 99. n. 40. sqq. in casu Concursus Cre-
 ditorum & in hoc facta judiciali auctoritate publice licitationis &
 venditionis bonorum sub hasta adornate, tali sel. qualem formavi-
 mus in th. 13. p. 41. utut n. aliàs & de regula verum & justum rei
 pretium haberi debeat, quod omnibus ad licitandum admittis com-
 muni quasi populi aut civium omnium judicio pro tali estimatum
 & definitum, arg. l. 33. ff. ad L. Aquil. l. 18. §. fin. ff. de m. e. don-
 unde plures alii querelam illam regulariter exclusam volunt. cit.
 ap. B. Dn. Lauterb. in Coll. ff. ad tit. de R. V. th. 34. in ejusmodi ta-
 men specie facti velut per exceptionem à regula indubium reputa-
 tum injustissimè primam talem licitationem protinus acceptari,
 eaque improvidè acceptâ, enormem inde resultantem lesionem ne-
 gatâ tali querelâ incorrectam manere debere nec retractari posse,
 non minus esse injustissimum, per rationes d. p. 41. adductas, add.
 Richter. d. l. n. 47. Gabriel. comm. concl. l. 3. de emp. vend. concl.
 1. n. 61. 62. & 63. Deniquè & in casu divisionis hereditatis extrajur-
 dicialis, adducto in th. 14. p. 52. locum habere remedium l. 2. C. de
 R. V. indubium est, cum vicem obtineat vel emptionis venditionis.

L. 1. C. comm. ur. jud. vel permutationis, L. 77. §. 18. ff. de leg. 2. & alia etiam lesio non immodica aut enormis corrigenda veniat & rescarcienda, L. 3. C. comm. ur. jud. Anth. Merend. L. 1. c. 37. n. 3. sqq. Bachov. ad Tr. 2. d. 2. th. 11. lit. c. Gabriel, d. concl. 1. n. 25. Harppr. ad §. f. l. de E. V. n. 152. sqq. B. Dn. Lauterb. in Coll. ff. ad rit. fam. etc. th. 25. sq. & ad tit. d. R. V. th. 40. id quod præjudicio confirmat. Richter. d. D. 99. n. 45. ibi : Da Euer Client zur Zeit gehaltener Scheilung über die Helffte laß direit/ so ist solche Vertheilung aufzuheben/ und eine andere anzustellen/ oder der Mangel noch mahls zu erfüllen. D. R. W. Utium hujus remedii etiam in taxatione & distraktionem Jurisdictionis in Foris nostris occurrentem satis superque vel saltem ex hæctenus in hac dissertatione, gr. in medium allatis casibus eorumque decisionibus, quamvis etiam in aliis adhucdum conventionibus commutativis, quas vocant, i. e. in quibus alia res pro alia datur aut promittitur, maxime bonæ fidei, vid. Ar. Pinell. ad l. 2. C. de R. V. p. 1. c. 3. n. 1. sqq. & secundum receptiorem sententiam etiam in stricti juris judiciis talibus idem obtineat, post alios Pinell. d. l. n. 5. sqq. Dn. Lauterb. d. l. th. 44. cernere licet. Nec est, quod à verissima hac & usu probata sententia difficilis illa, quæ objicitur, læsionis probatio in æstimata Jurisdictione nos deterreat aut diu distineat. Sit suo modo difficilis illa annuorum proventuum & ex ratione quanti & ex ratione pretii incerta determinatio, sufficiet eam non esse planè inexsuperabilem & totam eam rem, tam quoad ipsum Jurisdictionis jus, quam quoad quantitatem & valorem proventuum & fructuum Jurisdictionalium, ut & territoriorum & castrorum quibus Jurisdictione adheret ad justæ & proportionatæ æstimationis certitudinem talem, qualis communiter hac in re haberi potest, modo quodam usitatori revocari & redigi posse, qualis est & in taxatione Jurisdictionis ipsius etiam ex dignitate sua multò majoris existente, vid. *diff. de mod. tax. jurisd. th. 9. p. 30. sqq.* & in æstimatione reddituum, quotannis inde perceptorum mediante computatione per stata quædam annuorum s. novem sive 10. sive 12. sive 20. tempora, in unam summam collectorum & in istius summæ inde in calculum deductæ rursus per eundem in quolibet tali casu pro calculandis annuis redditibus adhibitum numerum 3. scil. annor. proventuum per 3. & 9. annorum per 9. & sic deinceps adornatâ divisione. Hæc ratio

instituentæ & per varia illa tempora formandæ estimationis in dignatione & adæratione Jurisdictionis dum jam recepta, ea verò maximè, quæ est in supputatione 9. vel. 12. annorum pro æquiori, tanquam medium tenente, calculo communiorei judicatur, vid. *d. Diss. p. 46.* hæc viâ ita jam applanatâ si incedimus ad metam justitiæ & quoad querelam enormis læsionis, & quoad complexum totius hujus taxationis non aded difficulter decurrere & expedienda aut extricanda feliciter satis expedire licebit. Ita n. quæ ex tali computatione & insecutâ divisione redigitur summa pro annua Jurisdictionis perceptione estimari & deinde justâ quâda n. proportione in sortem computari debet: **Es soll auff solche arth in das Capital gelegt / oder das Capital darnach angeschlagen werden.** De quo non est, quod pluribus hic edisserere satagamus, cum ad sufficientiam usque hæc jam demonstrata invenire liceat in sæpius adcitata, ad quam hoc in articulo remittere satis est. Dissertatione huic deductioni conterminâ & præambulâ, de modo taxandi Jurisdicth. per tot. imprimis th. 9. p. 42. sqq. usque ad p. 53. ubi per varia calculationum schemata res evidentius ob oculos posita. add. *ibid. relati DD. & torios allee.* Ertel. in seiner gülden Praxi, von Anschlag/Taxation und Schätzung aller hochgütigen Land-Güter. per tot. imprimis p. 13. §. Derohalben & 199. ut & judicium Jureconsultis. Facultatis Juridicæ in Uaiveritate hæc Eberhardina unanimi Collegarum consensu latum & datum, d. 30. Mart. Anno 1700. in decis. quest. 2. per tot. quod exhibet Exc. Dn. Harppr. in Resp. 71. à n. 21. usque ad n. 200. & deinde Amplif. Fac. Jurid. Ingollstad. succincto suo Responso typis etiam vulgato d. 30. Jun. 1700. non tantum in genere & per totum conprobavit, sed & in specie quoad querelam enormis læsionis hæc inseruit ed pertinentia verba: **Weilen dem Hrn. Käufer nicht ein, sondern vielmahl vorgetragen worden / daß das in Actis vermeldte Land-Guth an jährl. Renthen deductis sumptibus auff die 4000. fl. ertragen thäte/welches sich doch ganz nicht, sondern bloß auff jährl. 1000. fl. vertheilet. ic. als ist ganz billich / daß der Hr. Verkäufer wegen der jährl. ermangleten 3000. fl. dem Hrn. Käufer satisfaktion erstatten müsse ic.** Filum nunc his ipsis abrumpimus.

S. S. D. G.

Tübingen, Diss., 1710-13

ULB Halle
005 398 789


3



55.







DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA,

8

DE
JURE
AXATÆ JURIS-
DICTIONIS,

1713/1

Don
ürcklich formirtem Tax und Anschlag
der Jurisdiction, Hoher und Niedern
Gerichten.

17

QUAM
ANNUENTE DEO TER OPTIMO MAXIMO,
ndultu atq̄, auctoritate Magnifici Jctorum Ordinis
IN ILLUSTRIS ET CELEBERRIMA HAC EBERHARDINA,
PRÆSIDE

(72)

MICHAELE GRASSO, U. J. D.
enissimi Ducis Würtemb. Confiliar.
ndect. Novell. & Crim. Sanctio. Prof. Publ.
Ordin. famigeratissimo.

ono & Præceptore suo omni honoris ac gratitudinis
cultu prosequendo,

Pro
mmis in utroque Jure honoribus
rite ac legitime obtinendis,

IN AULA NOVA, d. Mart. MDCCXIII.

Solenni Eruditorum censura submittet,

THEODORUS SCHEFFER, Zeapolitan.

t. Supremi, quod hie est, Dicafterii Würtemberg. Advocatus.

TUBINGÆ LITERIS FETELLIANIS